



3:00 May

P. d. 247

Theol.
IV. C. 8.

XI Dissertationes varii argumenti.

J. VII, 892.

~~III 410 J. V 14~~

4



990
DEO. T. O. M.

ADJUVANTE.

DISSERTATIO. HISTORICO. THEOLOGICA.

INAUGURALIS.

DE.

CHILIASMO.

VETERUM. ET.

RECENTIORUM.

AUTORITATEM. CONCEDENTE.

SUMME. VENERANDA.

FACULTATE. THEOLOGICA.

IN. INCLUTA.

HASSO. GIESSENA. UNIVERSITATE.

SUB. PRÆSIDIO.

MAXIME. REVERENDI. AMPLISSIMI. EXCELLENTISSIMI. DOMINI.

DN. KILIANI. RUDRAUFFII.

S. THEOL. DOCT. ET. PROFESSORIS. ORDIN.

CELEBERRIMI. PÆDAGOGIARCHÆ. GRAVISSIMI. MERITISSIMI.

DOMINI. PATRONI. AC. PROMOTORIS. SUI. SUMMI.

SUMMÆ. OBSERVANTIÆ. DEBITO. ÆTATEM. CULTU.

DEVENERANDI.

PRO. LICENTIA.

THEOLOGICOS. HONORES. SUPREMOS. CONSEQUENDI.

D. M. DECEMBR. A. C. c15 13c LXXVIII. H. L. Q. C.

PUBLICO. AC. SOLENNI. EXCELL. DN. PROFESSORUM.

EXAMINI. SVBMISSA.

A.

CHRISTOPH. LAURENTIO. MEELFUHRERO.

ONOLDINO. FRANCO.



GIESSE. HASSORUM.

TYPIS. JOHAN. EBERHARDI. PETRI. ET. CHRISTIANI. LIEBENSTEINI.

LECTOR PIE AC BENEVOLE.



Resertem de CHILIASMO VETERUM & RECENTIORUM, dissertatione Inaugurali descriptam materiam, Judiciu Tui æquitati hoc præfamine sisto, Vigiliu Martyris sententiam lib. 5. contra Eutyech p. 160. *Si opere displicemus, scribentis, saltè studio placeamus. Sit acceptum VOLVISSE, si displicet NON POTVISSE nostrum:* Simul in mentem Tibi revocaturus. Primis capitibus aliquantò prolixius historicam deductionem, multum lucis Rei meo arbitrio accommodaturam, præmittere placuit. Ubi tamen in pluribus adhuc uberius producendis, non diffiteor, me potuisse occupari, si non dissertationem, sed librum, adeoque omnia, quæ vel prolixis comprehensa libris, vel ullâ modò ratione longinquè petitâ ad hunc errorem rapi potuissent, coagmentata conscribere animus fuisset. His interim propriam Autorum confessionem aliquot verbis, brevitatis studio, aut saltem libri, errore repleti, mentionem exhibeo, ut uno intuitu potiorum Chiliastarum catalogus occurrat, & Adversariorum neminem, ex facto injuriæ crimine, me, utpote ab Erroris affricandi promptitudine ex unius vel alterius fortè sinistro vocabuli intellectu, alienum, & de reliquis, sub aliquot pagellarum emissarum, aut obscuri silentii Conopœo adhuc delitescentibus, minùs curiosum, esse conventurum, possim polliceri.

Peculiare caput nostræ genuinæ confirmandæ sententiæ de Regno Christi assignavi, non ac si Adversariorum copiæ adeò validæ, nostris è S. Scriptura absque vi illatâ petitis, victoriam facerent dubiam, vanæ enim illæ & fictæ nefario sunt ausu, & ne quoad ullum è S. literis consensum queunt gloriari; Sed ne nobis in hâc parte remissioribus, thralonicè insultandi ansam inde caperent Fabulæ de Regno millenario acerrimi Assertores. Potiora eorum argumenta, quæ ipsis, tornempesomniorum de Regno millenario deliriis excæcatis, videntur insolitâ jactantiâ ponderosissima, reperies in fine dissertationis, ubi post Alstedii, Launæi, Brenii, Curcellæi pariter recensita, quæ probè discernenda erunt, brevis consideratio libelli titulo: *Chiliasmus Sanctus: superbientis, & à Chiliastis pro Regni millenarii tuendi propugnaeulo venditati, sequitur subnexa.* Omnia Autoris fictitii ficto & propterea ruinoso nituntur fundamento, quod ut solidum ab eo arreptum, multâ tamen consolidatione, licet omninò tandem frustranea, etiamsi per mille Regni annos anxie quæsitâ, indigebit. Vale, cum voto non fictæ in quodam millenario terrarum, sed veræ, in JESU glorioso cœlorum regno, æternæ Felicitatis.

* * *

Pag. 48. lin. 30. pro è Brabantia Gandavo lege: Infulis, è Flandria. Reliqua errata, si qua occurrunt, Lectores benevoli candori committuntur.

6

SERENISSIMO.
PRINCIPI.

AC.

DOMINO.
DN. JOHANNI.
FRIDERICO.

MARCHIONI. BRANDENBUR-
GENSI. MAGDEBURGENSI. BO-
RUSSIAE. STETINI. POMERANIAE. CASSUBIO-
RUM. VANDALORUM. IN. SILESIA. CROSSNAE. AC. CAR-
NOVIAE. DUCI. BURGGRAVIO. NORIBERGENSI.
PRINCIPI. HALBERSTADENSI. MINDENSI.
ET. CAMINENSI.

PRINCIPI. AC. DOMINO.
MEO.
CLEMENTISSIMO.

SERENISSIME
 PRINCEPS,
 PRINCEPS AC DOMINE
 CLEMENTISSIME.



Non poterat maius
 Votorum hoc tempore
 meorum accedere incrementum,
 quàm quod indulgentissimæ PRIN-
 CIPALIS Gratia, per missas ad Inclu-
 tam Facultatem theologiam, in Uni-
 versitate Giessensi, mei Commendatitias, designatione fa-
 ctum est clementissimè, quâ *Meelführerorum* nomen in
 Gratosissimæ adhuc memoriæ sinu foveri, Illustrissimo,
 SERENISSIME PRINCEPS, documento demonstraisti.
 Tantum enim hoc est, ut cineres B. Avorum & Parentum
 meorum in laudum, DOMINE CLEMENTISSIME,
 Tua-

Tuarum decantandarum , cum mea humillimum ad obsequium mancipatâ diligentia, societatem excitari, videantur. Nunc licet eandem, **PRINCIPUM SERENISSIMORUM** Clementiã, jam olim in Majoribus meis præsentissimam, etiam in me derivatam , haud vano indicio experiri, quod est mei amissorum Parentum solatii summa gloria relicta, & non potest non eandem simul per Majorum tubulos sanguinis deductam humillimam servitorum subjectionem exhibere. Si Clementiæ singularis fama **GLORIOSISSIMIS MARCHIONIBUS** ONOLDO-BRANDENBURGICIS, nondum in proprium atque perpetuum cessisset , in **TE, PRINCEPS AC DOMINE CLEMENTISIME,** supremum jure crederetur occupâsse felicitatis fastigium. Non nisi summa omnia à summi Numinis benignitate providentissimè in **TE** collocata juvat admirari , quibus inter Germaniæ Principes summos dignissima laude soles eminare. Respondent corporis formosissimi venustati animi virtuosissimi exsuperantissimæ deliciæ, ut præter amabilem invicem de superioritate pugnã nihil contrarii inveniatur. **PIETATIS & JUSTITIÆ** adeò frequentia dantur subditorum Venerationi specimina, ut **PIETATIS & JUSTITIÆ** verba in Illustrissimi Symboli abierint cõsuetudinem, jucundissimã ibidem invenientia stationem. In medio bellorum incendio, aliis jam dejectis & calcatis , aliis fato eidem nutando

proximis, clade & vastitate undique incedente, Tuorum subditorum fortunas stantes & integras tuendo & asserendo, quam Tibi, GLORIOSISSEME *PRINCEPS*, vindicasti gloriam,) tantæ excellentis virtutis divinæque vim exeruisti, ut nemo, condere primùm & instituere præclara opera, majus putaverit. Et quid laudum Tuarum debitam commemorationem ad aliquem numerum redigere tento? cùm & Majorum Tuorum laudes, & Tuas à subditis devotissimè decretas, multùm supergrediaris.

Partum tamen me ut infelicem tellus patria accusaret, si in TANTI *PRINCIPIS* inusitata deprædicanda Clementia ullas per omnem ætatem vires negligerem, quas utinam! Tuæ, SERENISSIME *PRINCEPS*, Gloriæ magnitudini tam sufficientes, quàm submississimas possem polliceri. Quantum igitur PIETAS, universo Virtutum stipata comitatu, apud DEUM T. O. M. precibus valet, tantum Illa pro Tua, DOMINE CLEMENTISSIME, & SERENISSIMÆ DOMUS ONOLDO-BRANDENBURGICÆ, perenni incolumitate præstet enixissimè. Hanc sisto, PRINCEPS INDULGENTISSIME, pro me sponso-rem, quippe qui persolvendis Gratiarum humillimarum debitis, pro clementissimi erga *Meelfuhreros* favoris uberrimè declaratis argumentis, tenuitatis meæ conscius, prorsus imparem me deprehendo. Suppleat Illa meos defectus efficacissimè,

cissimè & quod Ejus Solius prærogativa est, talia *PRINCIPIS MEI CLEMENTISSIMI* desiderio suppetet, quæ, præter divinam originem, nullam agnoscunt, & imminutam corroborant *PRINCIPIS* Dignitatis prosperitatem. Ac quoniam Hæc indulgentissimi animi TUI munificentiam unicè perspectam habet, animum pariter & mihi factâ certitudine addit, non nisi devotissimam *CLEMENTIÆ PRINCIPALIS* memoriam à me deposci, & meâ servitiorum promptitudine in univèrsam Tibi, *SERENISSIME PRINCEPS*, subjectissimè consecratâ, ipsam benefactorum magnificentiam eo augeri, quod planè nullos Gratiarum gradus admittat.


Hâc spe fretus, præsentem Dissertationem Inauguralem, ex Clementissima Indulgentia & Commendatione natum fructum, coram TUI, *PRINCEPS SERENISSIME*, Solii celsitudine supplex depono, confirmatam tanquam Nominis *Meelfubreriani* clientis obsignationem, quam pro connata Clementia susceptam iisdem Favoris radiis, licèt ex se indignam, collustrabis, Autorem que solitâ gratiâ, quâ absentem exhilarasti, ita præsentem beare perges. *VIVAT SERENISSIMUS cum SERENISSIMA!* durent diutissimè *SERENISSIMÆ DOMVS Patriæq; Spei PIGNORA CARISSIMA!* Ô SANCTE, SANCTE, SANCTE DEUS, ferva, DN, JOHANNEM FRIDERICUM, PATRIÆ
PATREM

PATREM clementissimum , ut PIETAS in his terris suum Tutorem exquisitissimum, ipsissimam utpote omnium Virtutum expressarum imaginem, intueatur longissimè superstitem, & functo mortalium conditione feri , nec alii hæredes PRINCIPATUS, quàm quos dedit SANGUIS EIUS, succedant, quem ÆTERNUM præstabis, O SANCTE, SANCTE, SANCTE DEUS ! Hoc voto sub finem hujus labentis anni finio, quo & in posterum assiduè coelum fatigo,

SERENITATIS TUÆ

Precibus & Studiis

Submississimus Servus
CHRISTOPHORUS LAURENTIUS
MEELFUHRERUS.



CAPUT I.

De Origine Chiliastarum Erroris, seu Chiliafmi.



VT Nomen & Res fundamentum ali. Origo No-
 quod speciosum haberent in Scriptura S. minis &
 desumerunt illud Chiliafmi ex Apocalyps. Rei.
 XX. v. 2. 3. seq. ubi memorantur χίλια ἔτη,
 mille anni, ibidemq; arcem sententiæ tu-
 endæ communiter horum Sectarii ædifi-
 cârunt, inde simul dicti Chiliafmi, quos
 Augustinus lib. XX. de Civit. DEI cap. 7.

lingua sua latina vocat Milliaros. Philastrius lib. de hæresibus
 cap. 59. p. 26. Chilionetitas, Autores quæstionis de mille annis. 10.
 Damascenus autem à loco quodam describit lib. de hæresibus
 p. 579. nempe urbe Pepuza, Galatiam & Phrygiam à Cappado-
 cia dividente, quam desertam alteram Hierosolymam finxe-
 runt, quasi divinitus destinata futuro Regno in terris glo-
 riosè auspiciando, inde dicti Pepuziani. Sicut autem commu-
 niter vel Græco sono pronunciantur Chiliafmi, vel Latino, Mil-
 lenarii, Milliafmi, ita etiam Chiliafmi unico verbo Græco, Re-
 gnum millenarium Latinis dicitur, & usitatam eorum de Re-
 gno Christi millenario in terris opinionem comprehendit. De
 tali enim statu Chiliafmi docet, in quo Christus ante diem no- Chiliafmi
 vissimum & universalem mortuorum resurrectionem has terras descriptio.
 adventu suo sit beaturus, ibique novum regnum ex resuscitatis
 beatè mortuis, vel solis Martyribus, vel aliis Electis quoque, &
 vivis talibus deprehensis, constituturus, cum iisque, depulsis o-
 mnibus Veritatis & Sanctitatis hostibus, aut penitus oppressis,
 aut

A



2 CAP. I. De Origine Chiliastarum, Erroris

aut iis subjugatis, aut converfis, vitam corporalibus & spiritua-
libus deliciis abundantem per mille annos, in his terris exactu-
rus, & tandem præcedens hoc visibile regnum diuturnum con-
summatione seculorum terminaturus. Involvit hæc descriptio
variantes sectatorum sententias, ipsisque illis crebrioribus du-
bitationibus & ambiguitatibus, ampliationibus pro lubitu af-
sumtis, aut decurtationibus factis numerorum hinc inde longè
petitorum, vacillantem in somnio concepti Regni ideam vivis
coloribus depingit. Hinc natae tot dissensiones & discrepantiæ
10. Patronorum Chiliaismi, infelix omen de expectando illo Unita-
tis & pacis exoptatissimæ Regno pollicentes. Primum adven-
tum Messiaë in carnem Diabolus expectavit ad hujusmodi
spargenda zizania, quibus agrum Ecclesie Christi inficeret,
absq; eo enim nihil suis affectis imprimere potuisset de secundo
aliquo adventu ejus, quem Regem novi Imperii innuebant; &
hæc ratione Ecclesiam N. T. multis modis obscurare præ V. T.
Ecclesia contendit, quò clarior illa, corpore præsentem, ac cessan-
tibus umbris imaginumque similitudinibus, hæc effulset. Quam-
primùm enim de adventu in carnem Messiaë fama promulgata
20. fuit, ex Judæis & Christianis ea mentem nonnullis infatuavit, ut
aliud Regiminis gloriosiore statum tum avidè expeterent,
Christo sub forma servi ingrediente, tum hujus despectissimum
introitum multò splendidiori olim futuro coronarent. De qui-
bus varia deliramenta Synagoga Judaicæ testantur, diu antè jam
in cerebro concepta de vaticiniis Prophetarum circa Regnum
Messiaë sensu terreno depravatis. conf. Luc. 17. 20. Act. 2. 6. Luc.
22. 24. per traditiones orales propagata, postmodùm in Talmu-
de conscripta & genuina Chiliaismi lineamenta exhibentia, quæ
29. ansam præbuerunt N. Test. tempore hunc errorem invehendi.
Cerinthus Primus autem Autor in prima N. T. Ecclesia colligitur plerumq;
Chiliasta Cerinthus fuisse, hæreticus pestilens, qui ætate Petri & Pauli
omnium vixisse, iisque sæpiùs restitisse, fertur, teste Epiphanio hæres. 28.
primus, hi- in primis Petro ad Cornelium venienti, numerumque eorum
storica fide Pseudoapostolorum auxisse, quos Paulus alloquitur, Antiochiæ
expressus. ob gentium circumcissionem turbas excitantium, Act. XV. 24.
In Ægypto longo tempore moratus, recitante Theodoreto hæc.
fabul.

fabul lib. 2. in philoſophicis ſtudiis ſe exercuit, poſt Aſiam in-
 grediens, hæreſin ſuam profeſſus eſt Semi-Judæus. vid. Epipha-
 hæreſ. 28 p. 91. Philaſtrius hæreſ. 36. p. 17. Auguſtinus de hære-
 ſibus cap. 8. Quod eò faciliùs mentem inſanam movit, jam ob-
 rutam Judæorum fabulis & ſomniis de Meſſia & Rege terreno.
 Johannis ætatem quoq; vivendo attingit, qui in libro Evangeli-
 cæ hiſtoriæ contra eum ſcripſit, hanc blaſphemiam docentem,
 JEſUM ex congreſſu maritali genitum, nudum tantùm homi-
 nem eſſe: divinitatemque plenis radiis, ut & contra Ebionem,
 cum Cerintho Eccleſiam inſeſtantem, expoſuit. Eundem Ce- 10.
 rinthum perſtringere videtur Johannes in I. epiſt. ſua cap. 2. v. 22.
 ut probant Centur. Magdeb. cent. 1. lib. 2. c. 5. p. 484. ed. oporin.
 Baſ. item cap. 4. v. 3. item in epiſt. II. quâ ave hæreticis non eſſe
 dicendum affirmat, ſeparationem ſuam à Cerintho in balneo
 factam ſtabilire, quâ Johannem diſceſſiſſe ob metum de balnei
 ruina, præſente Cerintho veritatis hoſte, recensent ex Polycarpo
 Irenæus lib. 3. c. 3. ut & Eusebius lib. 4. c. 14. Commentorum
 ſuorum fundamentum fecit revelationes quasdam à magno
 quodam Apoſtolo exceptas, aut ab Angelo proditas, neglecto
 fulcro Scripturæ S. fortiffimo. Jugum Ceremoniarum Judai- 20.
 carum omnibus obtruſit, Angelos fecit creatores mundi, Chri-
 ſtum merum hominem tandem aliquando reſurrecturum, &
 mille annos in terris cum ſuis involuptatibus Hieroſolymis ex-
 acturum, non deſituris etiam in vita altera æterna. Centur. Ma-
 gdeb. cent. 1. lib. 2. c. 5. p. 484. D. Bebelius in Antiquit. Eccleſ. Hi-
 ſtor. p. 102. D. Cramerus in arbore hæreſ. p. 73. Sic error errorem
 genuit. In hoc errore Chiliaſtico autem de Cerintho ejus primo
 Autore, certiores nos facit Eusebius lib. 7. Hiſt. Eccleſ. c. 24. edit.
 Chriſtophorſoni. *Cerinthus, inquiens, hæreſis illius, quam Cerin-
 thianam vocant, conditor docuit, regnum Chriſti fore terrenum, & 30.
 quæ ipſe, tanquam corporis ſui ſtudioſus & vehementer carnalis con-
 cupiverat, in illis id conſiſtere ſomniavit, ventris videlicet & eorum,
 quæ ventri ſubſunt, ſaturationibus, cibo nempe ac potu, nuptiis, &
 quibus iſta majore cum jucunditate acquirenda putavit, diebus fe-
 ſtis inſtitutis victimas & ſacrificiorum maſtationes adjecit. Porro
 lib. 3. Hiſt. Eccleſ. c. 28. iſdem ferè verbis loquitur, addens ea,*



4 CAP. I. De Orig. Chiliaft. Error. f. Chiliafmi.

de jactatis revelationibus à magno Apostolo scriptis, de vita voluptuosa Hierosolymis instituenda, ex odio in S. Scripturas omninò profecta. Augustinus lib. de hæref. ad Quod vult Deum, cap. 8. scribit: *Cerinthiani à Cerintho dicti, mille annos post resurrectionem in terreno regno Christi secundum carnales ventris & libidinis voluptates futuras fabulantur, unde etiam Chiliaftæ sunt appellati.* Eundem errorem attribuit Cerintho supplementum hæref. 6. p. 106. Isidorus Hispal. lib. 8. orig. T. 1. p. 10. ita: *Cerinthiani, à Cerintho quodam nuncupati, mille annos post resurrectionem*
10. *in voluptate carnis futuros prædicant, unde & græcè Chiliaftæ, latinè Milliaftæ sunt appellati.* Nicephorus Callistus lib. 3. Histor. Eccles. c. 34 de Cerintho: *Post resurrectionem adstruit terrenum futurum Christi regnum, & carnem tum primas obtinentem denuò cupiditatibus in Hierusalem in servitutam, atq; cum sacrarum DEI scripturarum sit hostis seducere volens homines, mille annorum nuptiarum celebritatibus destinatum mundum refert.* In horum relationibus nudis subsistimus, cum, nemine contradicente, constanter hic error aliàs Cerintho, ut primo propagatori, attribuitur. Ostendunt autem hæc, illum a seclis suis occasionem de-
20. disse stabiliendæ sententiæ è N. T. ex Apocalypsi juxta confusam mentem explicandâ, sicut ille è fabulis & nugis Rabbinoꝝ oralibus, & ante scriptam Apocalypsin, post etiam corruptione suam dehonestans, è malè arreptis Prophetarum V. T. vaticiniis prima semina sparsit.

CAPUT II.

De Judæorum, Mahummedanorum, &c. circa Regnum Messiaæ terrenum, Resurrectionem mortuorum, & voluptuosam futuram vitam fabulosis sententiis, Chiliafmo confonis.

30. **I**udæi, primi inter populos à Deo electi, quibus primùm concredita fuerunt τὰ λόγια τῆ Θεῆ, servare debuisse fidem, eaq; anxie conservare, non tantùm quoad apices literarum, sed etiam quoad intentionem & sensum, à Prophetis & sanctis Scripto-
bus

CAP. II. De Jud. Mahummed. fabul. sentent. 5

bus ipsis non semel indicatum, sed primi in fide servanda facti ultimi, excogitataeque eorum fabulae omnium postmodum exortarum haeresium incrementum validissimum suppeditarunt. Quod in aliis controversis rebus satis manifestum, id in hac nostra abunde factum est. E Judaeorum nempe fabulis deducta haec delirantis Chiliaismi sunt somnia, quae sensim Christianorum capita obfuscarunt. Opiniones eorum de duratione Regni & de diuturnitate vitae Messiae, cui 2000. annos alii, alii ut R. E-lieler 40. alii 500. alii 365. pro numero dierum anni tribuunt, refert Hottingerus in diss. de abusu Patr. p. 18. è Bereschit Rabba 10. par. 98. & Gemara Sanhedr. cap. 11. sententiarumque plura divortia contrahit idem Hottingerus cit. dissert. p. 19. & sub tribus capitibus ordinat de qualitate Regni Messiae: *Quidam*, inquit, fortunatas sibi Insulas, omnium rerum corporalium affluentiam, licentiam & libidinem Messiae tempore sangebant: alii spirituales delicias, studium legis, liberationum à peccato, urbis & templi Hierosolymitanæ reedificationem, imperium quietum temporibus Messiae. Tertii mixtum aliquod regnum ex utroque expectabant. De diebus Messiae & quid de eorum genuino intellectu proferant ulterius, consulendus est R. Maimon in Mischn. part. 4. tract. ult. c. 11. & 20. 12. compendiosè autem tractavit Hottingerus in Grammat. Chaldaeo Syriaca p. 164. & 219. vid. etiam Joh. Lightfootus Anglicus, in horis Hebraico Talmudicis in cap. XII. Johann. p. 1075. Lips. 1675. 4. Ita Judaei de novi regni duratione praeluserunt Chiliaistis, pariter & in illis, quae habent circa tempus retributionis constituendum. Joh. Coccejus in notis suis ad Gemar. Sanh. c. 11. p. 381. quatuor ex observatione Rabbiorum facit temporis intervalla: *Unum* τὸν τὸν αἰῶνα, הַיּוֹם הַזֶּה, de quo tamen iterum discrepant inter se, an premia promissa cum statu hoc plenissimo plerumque afflictionum convenire possint. *Alterum* faciunt הַיּוֹם הַבָּא, seculum futurum seu venturum, cui si non in solidum, tamen praecipua retributionis asscribunt, ibique ponunt spiritualia singulis obtinenda, quae Lex universis corporalia hic promittat. *Tertium* tempus collocant in corporali retributione, הַיּוֹם הַזֶּה diebus Messiae incipiendâ. Et hic corporalia uberrimè & prosperrimè obtingere, mentibus fascinatissimis imprimunt, non nisi credentibus

De Regni diuturnitate & qualitate.

(de vario resurrectionis & retributionis modo.)



Messiam præprimis corporalia dona & bona afferentem. *Quartum tempus faciunt תחירת המתים*, ubi juxta Maimonid. resumta ad aliqualem jucunditatem percipiendam corpora iterum deponantur & in pulverem redigantur, fruentibus animis *יולם הנצח* נצח' *עֲשׂוּ לָו*. R. Moses Nachman, recitante Hottinger. cit. l. statuit: *Tempore adventus Messie ante universalem resurrectionem expectandi, aliam particularem resurrectionem tantum probè meritorum præcessuram, ubi tales ad consueta vitæ munia sint redituri, post exactum autem tempus vel iterum morituri, vel mutationem passuri.* Ex his patet, Chiliastarum errorem quoad annorum descriptionem, & quoad statum regni Christi & resurrectionem particularem, ortum suum debere Judaicis nugis & Rabbiorum commentis, quibus & ille insanus nonnullorum error Chiliastarum accedit, deductus è cœlo in terram, nimirum ex astrorum constellatione & conjunctione mira de regno illo imaginario prædicentium. Similiter enim Judæi de adventu Messie in conjunctione Saturni & Jovis in sidere piscium fabulantur, interq; eos antesignanus quidam R. Abarbanel in Commentar. ad Daniel. quem nuper dissertatione peculiari perstrinxit Joh. Frischmuth P.P. Jenæ 1677. Quas non excitavit inanis spei imaginationes illa conjunctio omnium planetarum in Saggiario facta i. vel ii. Decemb. An. 1662. apud Judæos & ita dictos Chiliastas? R. Menasse Ben Israel non potuit spei suæ radices intra se continere, conceptas è relatione Aaronis Levi aliàs Antonii Montezinii, protrusit & dilatavit peculiaribus paginis, quibus nomen: *Spes Israelis*, præfixit, de quo libello conf. Theoph. Spizelius in exam. ejus sub titulo: *Elevatio Relationis Montezinianæ*, Basil. 1661. Illi velut desiderabant Messie certissimum tandem adventum & restitutionem prioris felicitatis, ad quorum tamen nœnias præter Nostros respondit Episcopus T. I. oper. de Messia p. 206. ita hi universalem conversionem, cujus difficultates enumerat inter alios Episcopus quoque T. I. op. conc. II. p. 431. Amstelod. 1651. item interitum AntiChristi ante regnum illud beatitudinis, hujusq; incrementum expetunt, de quibus Maresius pluribus contra Petr. Serarium, Chiliastam & inter Quakeros quintæ Monarchiæ Patronum, agit in Chili-

almo

de prioris
felicitatis
restitut.

20.

30.

àsmo enervato, de quo postea. Antequam hoc caput concludamus, remittimus Lectorem ad Buxtorffii Synagogam Judaicam, cap. 36. ad è Rabbini collectam descriptionem status illius beatissimi, quem tempore Messiae præstolantur, ubi quàm arctè se copulent cum iis veteres Cerinthiani & crassi Chiliastæ, & vestigia relinquunt securis hodiernum in ejusmodi mentis excœcatione, ad oculum patet. Plura similia apud Buxtorf. adducta deliria peti possunt è peculiari tractatu, quem Rabbinus publicæ luci committere non erubuerunt, dicto, Abcath Rochel i. e. lib. specierum aromaticarum, citante Helvico T. IV. Giff. 10. disp. IV. p. 136. 137. ut & è R. Aben Esra, R. Sal. Jarchi, communiter Raschi dicto, in peruschim Bibl. maj. Buxtorff annexis. Non verentur hi cœci ductores tenebras suas fabularum lumine S. Scripturæ involvere, quam passim adducunt ad commenta enumerata stabilienda. Eo ipso facilè genuinam lucem è tenebris eruere possunt filii lucis, & Patri luminum gratias rependere pro clementissima existis plusquam Ægyptiis tenebris liberatione, quibus se obstinata animi temeritate Ducis tenebrarum ductu magis magisque immittunt Judæi. Sequuntur Mahummedani putridos hos fontes in Alcorano, è vita cœlesti terrenam, è spiritali corporalem, omnibus voluptatibus & deliciis carnis abundantem facientes, inque mendaciorum cumulo nihil profuscedentes Rabbini. v. B. Kromai. in scrut. Relig. disp. III. de Mahum. p. 57. Schweig. in Alcor. Germ. ed. Norib. 4. p. 186. 213. seq. Pari modo cum Judæis *geminam resurrectionem eandemq; diversam* statuunt Turcæ, Schweig. Alcor p. 75. ut taceam fabulas *de statura hominum in Paradiso, de patina & phiala aurea, deq; tali apparatu, qui usitatus in aulis Magnatum,* sicut Sur. 35. 53. adfert. vid. Pokoke Miscell. p. 276. In Colloquio Mahummedis cum Abdia Judæo dies *Judicii mille annos duraturi,* pronunciantur. conf. 30. Hornbeck summ. Controvers. Relig. l. 3. de Mahummed. p. 1733. 174. ubi de paradiso somnia annectit. Inde habent Persæ, reliquæque gentes in Africa, America, quicquid *de felicitate aliqua temporalis* in terris garrunt, ut Olearius & Tapperus in descript. referunt. Ita traditiones Judæorum de regno corporali & terreno voluptuoso, de manu in manum aliarum gentium transierunt,

Mahummedani de resurrectione & statu corporali.

Persæ, Africani, Americani.

runt, cum incremento temporis non parùm auctæ, ut Chiliastæ longissimam erroris ostendere possent harmoniam: Et nil adeò hîc tam crassa Minerva fictum & dictum est, quod non Chiliastæ crassi suis terreni Regni imaginationibus accommodent.

CAPUT III.

De Patrum Græcorum & Latinorum opinionibus, errore notatorum Chiliastico.

Optandum esset, ut hæresis quàmprimùm ortum, simul etiam occasum suum iterum habuisset, vel solis illis perverforum cancellis se continuisset, nec latius malum serpendo, fines & limites purioris cœtus, imò columnas ipsas conturbâisset. Sed optandum tantùm, & inoptatis naturæ corruptæ ad aliqualem perfectionem anhelantis acquiescendum. Non opus haberemus venerandis Ecclesiarum certè Patribus etiam in hâc causa adducendis, maculisque à periculosa contagione impressis ostendendis, si omnia sana & incorrupta in iis occurrerent. His igitur rebus fit, ut eas quidem denudemus, non tamen aliter, quàm emendandæ incautæ sequelæ gratia, quò latius latiusque grassans malum possimus remorari. Sequemur ductum Eusebii in Historiâ Ecclesiast. & Hieronymum in catalogo script. Ecclesiast. qui talia nonnullis Patribus attribuunt, meliùs fortè cognitionem habentes Autorum illorum, & Scriptorum, quæ planè nunc perierunt, quàm moderni. Sepositâ Scripturæ S. luce quisquis ambulare præsumit, is devios errores & perniciosos lapsus experitur.

Papias.

Fictarum traditionum nebulæ Papiæ, Episcopo Hierapolitano in Asia, primo inter veteres Patres, errandi occasionem subministrarunt, peregrinum lumen abditis mysteriorum & vaticinorum pellustrandis illaturo. Hunc ipsum enim Eusebius lib. 3. Histor. Eccles. cap. 36. adducit proprio ore confitentem: *Ubi quisquam venit, qui seniorum affectator fuerat, seniorum verba exquirebam, quid Andreas, quid Petrus, quid Philippus, quid Thomas aut Jacobus, aut Johannes, sive Mattheus, vel alius quisquam ex discipulis Domini, quid Aristion & senior Johannes disci-*

discipuli Domini dixerint. Cogitabam enim, me non tantum utilitatis ex libris, quantum ex viva ac permanente voce relaturum. Inde patet, hunc neglectis vel certè parvi habitis Scripturis S. traditiones Apostolicas confectatum fuisse. Porrò Eusebius de eo pergit hunc in modum: *Quaedam idem commentatur tanquam ex viva traditione ad se relata, & peregrinas quasdam Salvatoris parabolas & doctrinas cum aliis nonnullis fabulosis adjecit, in quibus etiam millenarios quosdam annorum post resurrectionem mortuorum futuros dixit, in quibus Regnum Christi in hac terra corporaliter consistere debeat, quæ illum ex eo suspicatum esse puto, quod A. 10. postolicas disputationes non rectè acceperit, nec quæ ab illis per hypodigmata dicta sunt, ritè considerârit, eò quod admodum modico esset iudicio præditus, sicut ex ipsius libris iudicium capi poterit, attamen quamplurimis post se Ecclesiasticis Viris ejusdem erroris causam dedit, qui ad antiquitatem ipsius respexerunt.* Ab hoc sub opinione antiquitatis plurimos posteriorum esse deceptos, vel ut loquitur Eusebius, *Papiam quamplurimis post se Ecclesiasticis Viris ejusdem erroris causam dedisse*, manifestum ex historica subsequente experientia factum est. Qui enim Apostolorum & ab ipso Christo instructorum hominum communicationem, in primis Johannis 20. juxta nonnullorum sententiam, vid. Cent. Magdeb. cent. II. p. 172. edit. op. Basil. jactavit, quid non credulitati humanæ novaturienti persuasisset? Scriptis traditionibus vivas ad se relatas superaddidit, quæ per manus & ora hominû propagatæ nimis excreverunt. Sub titulo antiquitatis error hujus viri incrementû sumsit, sed diversis modis, uti solet in opinionibus absq; Scriptura excogitatis. Quò quis Pater studiosior n. fuit traditionû, eò curiosior etiam in hoc errore, quò autem Scripturæ S. addictior, eò purior. Eundem errorem in Annal. Baronius confitetur ad ann. 118. sect. 2. ubi hæc leguntur: *Ultimi Trajani temporibus errorem irrepsisse in nonnullos fideles autore Papia, Episcopo Hieropolitano, de millenario, quem Apollinarius pertinacius propugnando in heresin perduxerit.*

Inter Patres scriptis claros Justinus in dialogo cum Tri- Justinus
phone p. 240. primus seipsum prodit, cum Judæo aliquid in
hoc largiri videatur, inquiens: *Vir apud nos quidam, cui nomen
erat Johannes, è duodecim Apostolis Christi unus, in ea, quæ illi exhibita*

B

bita



- bita est, revelatione, Christi fideles nostros annos mille Hierosolymis peracturos esse, prelocutus est, ac postea à universalem, & ut semel dicam, sempiternam omnium unanimiter simul resurrectionem & iudicium futurum. Sed novit ipse Justinus: (juxta Euseb.) vid Danhaueri Dram. S. p. 307. phænom. VIII. multis etiam ex iis Christianis, qui pure & pieq³ sint sententia, id non agnoscere. Quando a. loquitur de unanimiter secutura, nō statim indigitare videtur duplicē resurrectionem, unam vitam beatam Hierosolymitanam precedentē, alteram sequentem, de quo Calixtus de suprem. Judic. p. 127. vid.
12. Differunt Patres sequentes cum Justino in hoc à Cerintho, quod hic voluptates carnales in regno millenario in terris ut & in cœlis sibi imaginatus, resurrectionem Christi negaverit, & demum ante ortum novi regni voluptuarii futurā putaverit: conf. Cent. Magdeb. cent. I. lib. 2. c. 5. p. 484. Illi a. præter assertam veram resurrectionem Jesu Christi factam, millenarium quidem tempus intenderint, non autem corporalibus deliciis voluptuosum, à quibus fideles à Christo suscitati abhorrent, uti aliās loquuntur Patres. De his enim etiam loqui statuitur ulterius Justinus in cit. Dialogo p. 239. se ipsum includens: *Ego autem, & si qui recte*
20. *per omnia sententia Christiani sunt, & carnis resurrectionem futuram novimus, & mille annos in Hierusalem instauratā & exornatā, & dilatatā, sicut Propheta, Ezechiel & Esaias, & alii promulgant.* Quanquam B. Affelmannus in Heptade quaestionum qu. VI. §. 3. non planè in negativam abire velit, aliquos fortè veterum Patrum ad corporis delicias, non quidem illas omninò spurcas Cerinthi, nimium propendisse, sicut illud clarum patere putat ex descriptione corporearum voluptatum factā à Lactantio l. 7. c. 24. p. 597. 433. seq. id tamen magis de hoc posteriori, quàm reliquis Patribus probari fortè posse videtur, de quibus inferius. conf. Cent. Magdeb. II. c. 10. p. 207.
30. Eusebius Historiæ Eccles. verbis l. 3. c. 36. *Papiam multis Ecclesiast. viris errorē imposuisse, respicientibus ejus antiquitatē, utpote*
- Irenæus. *Irenæo;* etiam hunc Irenæum Chiliastis associat, sicut & Hieron. facit in Catal. illustr. Script. cap. de Papia, T. I. op. p. 127. ed. Basil. opor. ubi ratio collectionis adducitur è libro V. adversus hæret. cap. 23. Sed quinque illi libri, qui ad nostram lectionem ex omnibus

omnibus scriptis Irenæi superstites pervenerunt, tale nihil monstrant disertis verbis, conf. Centur. Magdeb. II. c. 10. p. 222. Quod alii è lib. 3. advers. hæret. cap. 23 p. 352. elicere volunt, ubi habentur verba: *Quotquot diebus hic mundus factus est, tot & millenis consummatur*: Id multos alios hujus erroris Chiliastici accusare posset, qui in hâc sententia de sex millenariis mundi consistunt; non tamen in illa, quam Chiliastæ porrò extendunt, post completum sextum millenarium Anti Christum cum Satana & omnibus impiis ligandum, & septimum millenarium tranquillissimum à Christo incipiendum, cujus finem brevem solutionem Satanæ inquietam secuturam, terminandam tamen iterum in Consummatione mundi. Irenæum itaque adducimus in hunc censum, quia Eusebius & Hieronymus forsitan ex aliis ejus scriptis visui nostro subtractis illud deducunt, quemadmodum etiam ad attribuendum hunc errorem Irenæo inclinat B. Chemnitius in L. C. in proœm. orat. de Læctione Patrum, p. 3. ed. in fol. 1653. affirmans, ut & Fevardentius in Irenæo suo edito cum notis: *Vetustatem observâsse in eo errorem in fundamento, quod amplexus sit sententiam Chiliasticam: & esse quedam semina ejus in V. lib. adv. hæres. cùm exponit aliquot capita Apocalypsis.* conf. 20. B Dannhauerus Dram. d. p. 330. ed. 1646. Si non aliunde de Irenæo constaret, fidem Fevardentii infirmare posset illud, quod Rivetus Crit. S. lib. 2. p. 207. ed. in 8. qui tamen de Irenæo non negat hunc errorem, habet: Cavendum esse junioribus ab editione Irenæi & notis in illum à Monacho Fevardentio aspersis, ob mendacia plurima ibidem reperienda.

De Tertulliano negari non potest, lib. 3. adv. Marcionem Tertul. cap. 24. verba nimis faventia errori millenario reperiri; quando lianus. inquit: *Confitemur in terra nobis regnum repromissum sed ante cælum sed alio statu, utpote post resurrectionem in mille annos in civitate divini operis Hierusalem cælo delatâ, quam & Apostolus matrem nostram sursùm designat, & πολιτεία nostrum, h. e. municipatum in cælis esse pronuncians, alicui utique cælesti civitati eum deputat. Hanc & Ezechiel novit, & Apostolus Johannes vidit, & qui apud fidem nostram est, nova prophetie sermo testatur: ut etiam effigiem civitatis ante representationem ejus conspectui futuram in*

signum prædicarit, &c. Hanc dicimus excipiendis resurrectionis sanctis & refovendis omnium bonorum utique spiritualium copia in compensationem eorum, qua in hoc seculo vel despeximus, vel amisimus à DEO prospectam, siquidem justum est & DEO dignum, illic quoque exultare famulos ejus, ubi sunt & afflicti in nomine ipsius. Hæc ratio Regni cælestis, post cujus mille annos, intra quam aetatem concuditur Sanctorum resurrectio pro meritis maturius vel tardius resurgentium, tunc & mundi destructione & judicii conflagratione commissâ, demutati in atomo in Angelicam substantiam, 10. scilicet per illud incorruptela superindumentum transferemur in cælesteregnum. Quam sententiam se in libro de spe fidelium latius deduxisse, asserit Tertullianus, qui tamen ad nos non pervenit, meminit tantum ejus Hieronymus in catal. cit. vid. Tertull. de resurrect. c. 25. contra Marcion. l. 1. c. 29. l. 4. c. 29. Mentionem facit hic Tertullianus *novæ Prophetiæ*; fortè respicit *Montanisticam* quandam, cui adhæsit, aut si prophetiam Apocalyptricam, intendit eam malè intellectam & applicatam. conf. Cent. Magd. III. cap. 10. p. 239.

Adduntur A Riveto in Isag. sua ad S. Scripturam p. 446.

20. Lugd. Bat. 1646. 4. ed. quasi fautores *Chiliastarum*, è traditionibus non scriptis eò inducti Clemens Alexandrinus & Origenes. Sed præterquam quod hi duo non nominentur ab Eusebio & Hieronymo in catalogo Chiliast. Calixtus tract. de supr. Judicio Origenem, aliàs Allegoriis addictissimum, singulariter ab hoc errore cavisse sibi, cum admiratione asserit, & in hanc rem nominat librum Origenis *Ἐὶ δεξιῶν*, cujus II. lib. cap. 12. disertè rejiciat & refellat errorem Chiliastarum. Et ita ubi Patres se ipsos liberant ab hæc macula, nos grati accipimus quoque, nisi expressa verba nos inhi-beant.

30. Quæ Gennadius in lib. de Ecclesiast. dogmat. c. 55. Melitanis, fortè à Melitone, cujus Apocalypsin scriptam memorat Eusebius hist. Eccl. l. 4. c. 22. s. Melitonianis ita dictis, adscribit; quod *aliquid terrenum vel transitorium in div. promissionibus expectârunt*, circa ea, cum non adeò sint obvia, nihil hic determinamus.

Hieronymus in suo catalogo de vitis illustr. virorum cap. Papiæ,

Papiae, item praefatione in Apocalypsin, & libro II. in Ezechielem, non absolvere etiam vult *Victorinum Pictaviensem*, sive ut **Victori-** alii malunt, Pictabionensem à Chiliafimi erronea opinione, Sed **nus.** illud Hieronymus habebit vel ex aliis ejus scriptis, quæ nos fugiunt, aut erit supposititius Commentarius Apocalypticus Victorini, qui sub ejus nomine extat hodiè, in hoc enim his concludit verbis: *Ergò audiendi non sunt, qui mille annorum regnum terrenum esse confirmant, qui cum Cerintho heretico sentiunt.* In prioribus autem ita: *Qui virginitatis integrum servaverit propositum, & Decalogi praecepta fideliter impleverit, contra impuros 10. mores vel impuras cogitationes intra cordis cubiculum vigilaverit, ne dominantur, iste verè Sacerdos est Christi, & millenarium numerum perficiens, integrè creditur regnare cum Christo, & apud eum rectè ligatus est Diabolus. Qui vitis & dogmatibus hereticorum irretitus est, in eo solutus est Diabolus &c.* Supposititium etiam commentarium verba prodere videntur, quæ ibi habentur inter alia: *Sunt libri V.T. 24 quos in Epitomis Theodori invenies.* Hic autem non alius absque dubio est, quàm Cyrus Theodorus Victorino & Hieronymo longè recentior. Quid habendum sit de praefatione Hieronymi ad Anatolium commentario in Apo- 20. calypsin Victorini praefixâ hodiè, adhuc sub judice lis est. Verba Hieronymo quidem non videntur abjudicanda, quando scribit: *Quod mihi misisti volumen in Apocalypsin, explicationem videtur continere Victorini. Et est periculosum, & obtrectatorum latratibus patens, de egregii Viri opusculis judicare. Nam & anterior Papias Hieropolites Episcopus & Nepos in Aegypti partibus episcopus de mille annorum regno ita, ut Victorinus, senserunt.* Putat Calixtus tract. de supremo Judic. p. 132. praefationem hanc genuinæ explanationi Apocalypsi Victorini primùm praefixam, quâ excisâ, alteri Anonymi sive casu, seu consilio, sed in sulfo, 30. hodiè superadditam. Si itaque de Irenæo & Victorino aliquid Hieronymo concedendum, intelligendus erit de his Patribus ex mente Hieronymi non Chiliafimus Cerinthianus crassus, quippe ambo hi Cerinthum pro Hæretico habuerunt; ille lib. 3. adv. hæres. cap. 3. it. cap. 11. conf. Cent. Magd. III c. 10. 287. Hic in citato commentar. Apocalypico: Sed subtilior opinio de bonis



licitis & moderatis, fidelibus post persecutiones fruendis spiritualibus.

**Nepos Ægypti-
us.** Eusebius lib. VII. Hist. Eccles. c. 22. Nepotem Ægyptium Episcopum, & Coracionem etiam memorat, iisdem de Chilia-
simo erroris impedimentis implicitos, contra quos Dionysium Alexandr. accuratè scripsisse eosq; convicisse. Verba sic habent:
*Nepos Ægyptiorum quidam Episcopus promissiones DEI sanctis in Scripturis factas nimis Judaico more reddendas docebat, & mil-
lenaria quaedam annorum corporalibus deliciis in hac terra futura
10. decernebat, & quoniam opinionem hanc suam ex Apocalypsi Johannis se probare putabat, librum de illa composuerat, illumq; Elenchum Allegoristarum inscripserat. Hunc itaq; Dionysius Commentariis de promissionibus inscriptis impugnat, & primò sententiam suam de dogmate illo ponit, in altero verò de Apocalypsi Johannis disputat.*
Pergit Eusebius cap. 23. & ipsa verba Dionysii profert, quæ processum disputationis satis describunt, in primitiva Ecclesiæ usitatum, Coracionis item resipiscentiam docent, & originem errori Chiliastico dedisse contemptum S. Scripturæ & favorem traditionum incertarum, malumque hoc integrarum Ecclesia-
20. rum defectionem causatum esse. Apud priorum indictum silentium si posterior ætas etiam mansisset, postrema nihil, quod proloqueretur, haberet.

Lactantius. Nondum desinit Hieronymus numerare Chiliastas, accenset etiam Lactantium, cujus verba lib. 7. Institut. cap. 24. p. 433. 1587. ita sonant: *Veniet igitur summi & maximi Dei filius, ut vivos ac mortuos judicet, testante ac dicente Sibylla &c. Verum ille cum deleverit injustitiam, iudiciumq; maximum fecerit, ac justos, qui à principio fuerunt, ad vitam restauraverit, mille annis inter homines versabitur, eosq; justissimo imperio reget. Quod alibi
30. Sibylla vaticinans furensq; proclamat: Καὶ τε δε μὲς μέρονες βασιλεὺς αἰώνι & ἀρχεῖ. Tum qui erunt in corporibus vivi, non morientur, sed per eosdem mille annos infinitam multitudinem generabunt, & erit soboles eorum sancta & DEO chara. Qui autem ab inferis suscitabuntur, ij præerunt viventibus velut iudices. Gentes verò non extinguentur omninò, sed quaedam relinquentur in victoriam DEI, ut triumphentur à justis ac subjungentur perpetua servituti.*

tati. Sub idem tempus etiam princeps Daemonum, qui ut machinator omnium malorum, catenis vincietur, & erit in custodia mille annis cœlestis imperii, quo iustitia in orbe regnabit, ne quod malum adversus populum DEI moliat, post cuius adventum congregabuntur iusti ex omni terra, peractōq; iudicio civitas sancta constituetur in medio terra, in qua ipse Conditor DEUS cum iustis dominantibus commoretur, &c. Pergit post allegatam descriptionem novæ Civitatis ex Sibylla, lactei oris Pater nimis delicato palato prægustum mentis de felicitate futuri seculi sequentibus exponere verbis: Tunc auferentur à mundo tenebræ istæ, quibus offundetur ac obcœcabitur cœlum, & Luna claritudinem Solis accipiet, nec minuetur ulterius. Sol autem septies tantò, quàm nunc est, clarior fiet. Terra verò aperiet fœcunditatem suam, & uberrimas fruges sua sponte generabit, rupes montium melle sudabunt, per rivus vina decurrent, & flumina lacte inundabunt. Mundus deniq; ipse gaudebit, & omnis rerum Natura letabitur, erepta & liberata dominio mali & impietatis, & sceleris, & erroris. Non bestia per hoc tempus sanguine alentur, non aves prædâ, sed quieta ac placida erunt omnia, leones & vituli ad præsepe simul stabunt: lupus ovem non rapiet: canis non venabitur: accipitres & aquila non nosebunt: infans cum serpentibus ludet, &c. Illustrat porrò Lactantius rem ex Poëtis & ex Sibyllæ carminibus. Vivent, concludit denique cap. 24. itaque homines tranquillissimam vitam & copiosissimam, & regnabunt cum DEO pariter; & Reges gentium venient à finibus terra cum donis ac muneribus, ut adorent & honorificent Regem magnum, cuius nomen erit præclarum ac venerandum universis Nationibus, quæ sub cœlo erunt, & Regibus, qui dominabuntur in terram. Manifesta Lactantii litera allegoricam interpretationem non concedit. Quod alii Chiliastæ de universalitate Regni referunt, id Lactantius hîc loci non videtur insinuare, quippe de gentibus adhuc aliis suave extra jugum hoc viventibus mentionem faciens. Moverunt autem eum ad nimum corporalem Regni descriptionem Poëtarum & Sibyllarum pigmenta, quibus inescatus, plurima suis inferuit.

Addit Hieronymus in cit. catalogo, ut & lib. 2. in Ezechiel. Apollin. c. 36. it. præfat. & libro 18. in Esai. Apollinarium, in Syria Laodiniarius. cens.

cent. Episcopum, ubi inter alia ait: *Apocalypsin, si juxta literam accipimus, judaizandum est. si spiritualiter, ut scripta est, differimus, multorum Veterum videbimur opinionibus contraire, Latinorum, Tertulliani, Victorini, Lactantii, Græcorum, ut exteros prætermittam, Irenæi tantum Lugdunens. faciam mentionem Episcopi, adversus quem vir eloquentissimus Dionysius, Alexandrinus Eccles. Pontifex, elegantem scripsit librum, irridens mille annorum fabulam, & auream atque gemmatam in terris Jerusalem, instaurationem templi, hostiarum sanguinem, otium sabbathi, circumcisionis in-*

10. *juriam, nuptias, partus, liberorum educationem, epularum delicias, & cunctarum gentium servitutem: rursusq; bella, exercitus, triumphos, & superatorum neces; mortemq; centenarii peccatoris (juxta dict. Esa. 65. 20) Cui duobus voluminibus respondit Apollinarius, quem non solum suæ sectæ homines, Democritæ dicti aliàs, (quod H. N. Christi mentem adimeret, & verbum ipsum hujus vice esse dicitaret) sed & nostrorum in hac parte duntaxat plurima sequitur multitudo, ut præ sagâ mente jam cernam, quantorum in merabiles concitanda sit. Ex his autem id observamus, Dionysium Alexandr. libros suos potiùs contra Nepotem Ægyptium, sub*

20. *Gallieno errorem renovantem, quàm Irenæum scripsisse, quod Hieronymus ipse alibi fatetur cap. 69. de script. ut & Eusebius hist. Eccles. lib. 7. c. 19. Epiphanius hæres. 77. videtur excusare Apollinarium ab errore millenario, inquit enim: Alii dixerunt, senem illum, sc. Apollinarium, affirmâsse, quod in prima resurrectione millenarium quendam annorum conficiamus, versantes iisdem in rebus, in quibus hodiè versamur, nempe legem & alia servantes, & eorum planè quæ in usu sunt, in hoc mundo, nuptiarum & circumcisionis, & aliorum participes: Cui de illo narrationi non admodum credidimus, verùm tamen quidam hoc illum dixisse firmiter adse-*

30. *verârunt. Centuriatores Magd. cent. IV. cap. 10. p. 1113 ed. Basil. 1560. referunt: Confutâsse Epiphanium suo tempore Apollinarium, quem charum tamen sibi fuisse ante hæresin, ipsum Epiphanium fateri. Et hæc ratione Apollinario, qui tum temporis adhuc in vivis fuit, noluit in faciem contradicere Epiphanius. Meliùs nosse rem vult Hieronymus è duobus libris contra Dionys. Alexandrin. veluti quoque Basilium M. qui de Apollinario*

epist.

epist. 74 ad Episcopos occidentales ita loquitur: *Sunt ab eo quoque quadam de resurrectione fabulosa imò potius Judaicè conscripta, in quibus dicit, iterum nos ad cultum à Lege impositum redituros, ut iterum & circumcidamur, & sabbatha observemus, & à cibis abstinemus, & victimas DEO offeramus, & Ierosolymis in templo adoremus, atq; adeò penitus à Christianis Judæi efficiamur. Quibus quid magis potest esse ridiculum, imò magis à Christiana doctrina alienum?* Idem Basilii Epist. 22. libris Apollinarii, dicit, *parùm consideratè scriptos esse, & magis haberi peritum Rhetoricæ & Poëticæ, quàm Theologiæ.* vid. Gerhardi Patrologia p. 245. ed. 1668. 10. Quicquid autem sit de fide Hieronymianæ relationis, non citat ille locum Apollinarii, ex quo desumserit, erit itaque iterum scriptis deperditis committendum, cum ex innumeris, quos Hieronymus docet, libris nihil hodiè præter Psalmos Davidis heroico carmine ab Apollinario descriptos Parisiis 1586. extet. vid. cit. Gerhard. Patrolog. p. 245.

Hieronymus, quamvis acrem in perstringendis sectatori- **Hiero-**
bus hujus opinionis se in Catalogo Scriptorum Ecclesiast. osten- **nymus.**
dat, vix audet tamen ipse expressis & claris verbis sententiam
pronunciare, sed lib. in Jerem. cap. 19. præfatus de aurea, ut pu- 20.
tant, Judæorum gemmataque restituenda Hierosolyma, subjun-
git: *Quæ licet non sequamur, tamen damnare non possumus, quia
multi Ecclesiasticorum Virorum & Martyres ista dixerunt. Unus-
quisque suo sensu abundet, & Domini cuncta reserventur judicio.*
E prioribus aliàs notum è lib. 18. in Esai. non tantùm de Hiero-
nymo, eum approbasse Dionysii librum scriptum contra Chilia-
stas, sed & lib. 4. in Ezechiel. cap. 36. omnia de mille annis eo-
rumque regno, ut & de gemmata Hierosolyma pro fabulis Ju-
daicis habuisse, imò Daniel. in 7. cap. commentatum dixisse ex-
pressè: *Sancti nequaquam habebunt regnum terrenum, sed cœle-* 30.
ste, cesset ergò mille annorum fabula Non ponemus igitur Hie-
ronymum ut & Augustinum sequentem in classem priorum o-
mnimodò, de quibus habentur indicia sufficientiora, sed Hie-
ronymus si fervorem suum declaravit, fecit id saltem contra corpo-
ralis regni formatores delicatos, non planè abnuens de statu ali-
quo spirituali, quem in suo loco nulla assertione, nulla negatio-
ne addita, reliquit.

Sulpiti-
us Sev.

Insuper Hieronymus adducit inter numerum Chiliastarum Sulpitium Severum, de quo lib. II. in Ezechiel. cap. 36. hæc habet: *Neq; enim juxta Judaicas fabulas, quas illi δευτερωγεις appellant, auream de cælo expectamus Hierosolymam &c. quod & multi nostrorum, & præcipuè Tertulliani liber, qui inscribitur de spe fidelium, & Lactantii Institut. volum. VII. pollicetur, & Victorini Pictabionensis crebra expositiones, & nuper Severus noster in Dialogo, cui, Gallus, nomen imposuit, & ut Græcos nominem, & primum extremumq; conjungam, Irenæus & Apollinarius.* In præf. autem
10. lib. 18. in Esai. ita ulterius: *Irenæum, Tertullianum, Lactantium, Apollinarium, Severum Sulpitium, magnumq; Catholicorum hominum multitudinem in Sulpitii opinione fuisse.* Calixtus autem Hieronymo vult impingere σφάλμα μνημονικόν, Sulpitiumq; Severum absolvere liberaliter ab errore. Sed non videtur, cur Hieronymus falsò ei attribuat opinionem hanc, cum ipse Calixtus fateri necesse habeat, eum fuisse amicum Sulpitii. Licet non extet aliquid in Dialogi tertiâ sectione, ut Bibliotheca Patrum habet, non autem tertio distincto dialogo, Hieronymo tamen melius constare poterit de scriptis Sulpitii, quàm hodiernis, qui
20. fundamentum asserti sine dubio invenit in scriptis Sulpitii, quæ nos latent. Quæ Sulpitius de Antichristi adventu ex ore Martini Turonens. promulgavit in citato catalogo, non longè ablu-
dunt ab erronea opinione, quæ verba vide apud Calixt. de Supr. Judic. p. 132. 133. Ex omnibus iudiciis elucet, opinionem hanc specie antiquitatis & prætensæ inde autoritatis in plurimis veterum nitentem, ad eò occupasse animos, ut numerum errantium pro patrocinio fecerint errori.

Augusti-
nus.

Augustinus ad talem statum spiritualement collimat, quando à verborum Apocalyps. cap. 20. & explicatione illorum: *Unus dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies unus:*
30. *incipiens intelligit, post 6. annorum millia, tanquam sex dies hebdomadis Sabbathum s. septimam diem sequi, & annis his mille postremis sanctos resuscitados Sabbathum celebraturos: & tandem infert: Quæ opinio esset utrumque tolerabilis, si aliqua delicia spirituales in illo Sabbatho affutura Sanctis per Domini presentiam crederentur. Nam etiam nos hoc opinati fuimus aliquando.* Longè verò se sepa-
rat

rat à voluptuariis corporalibus hujus regni sociis, quos ita distinguit, ut non solum nullam modestiam tenentes, sed modum quoque ipsius incredulitatis excedentes. Hos confidenter refellit in lib. de Eccles. dogmatibus (modò hic non sit supposititius) cap. 55. nominans aliquos è Patribus, *Papianum, Irenæum, Tertullianum, Lactantium, Nepotem*, quos etiam aliquantum propendisse in eam opinionem. Et sic Patrum vestigia inquisivimus, ubi in aliena castra pedem movere & ponere voluerunt. Non perfectè indagari Scripturam in hoc casu difficilem, eaque planè ob molestiam rejectâ, assumere traditionum quarumcunque fictarum 10. plaustra, ipsâ serie longæ Antiquitatis sese commendantium, & suffragia à non infimis Viris Ecclesiasticis ostendentium, ipsa facillima via est, non tantùm in hunc, sed etiam ex hoc in plurimos alios errores prolabendi. Ad quæ accedit Allegoriarum Scripturæ S. suavitas, quæ non semel Patres adeò abripuit, ut sui immemores ferè in scribendi licentia inciperent aliquando dormire. Andreas Rallius V. D. M. Occitanus tractatu suo de Halcyoniis Ecclesiæ Christi. Genev. 1659. 8. ed. omnes adductos Patres excusare, & explicando de Spiritualitate Regni Christi, in suas partes trahere instituit, ubi inter alia Eusebii fidè ideo 20. vacillantem credit, quod Hieronymi judicio in libro utroque adversus Ruffinum traducatur non modò ut hæreticus, Arianus, sed etiam ut antesignanus eorum. p. 18. lib. cit. Sed an Eusebii fidem suam in relatione Chiliastarum per hæc Hieronymi, ex ingenii fervoribus non insueti ad acerbius in alios invehendum, & respicientis ante acta Synodi Nicen. post quam tamen mentem mutavit Eusebius, prout orthodoxi scriptoris nomine & censu venit apud Sixtum Senens. Gualterium Jesuit. testante Magnif. Dn. D. Mentzero in disp. de Synodo Nicena, p. 46. etiam apud Degorem Whear, Anglum, in methodo legendi Histor. 30. p. 218 220. amiserit, judicandum relinquo; & anne Rallius tantam gratiam apud Patres ineat, quando torquendo eorum manifesta verba, sensum de spiritualitate fictâ Regni millenarii secum communem extorquere conatur, & hæc ratione non plenè, sed aliquantum saltèm à crassiori imaginatione liberare potest. Quod posterius tamen cum multa difficultate conjunctum, ar-

bitramur, de omnibus Patribus præstandum esse. De aliquibus & nostra mens ad assentiendum prona est. conf. Dallæus de usu Patrum p. 289. &c. Consil. Theol. Dedek. Append. p. 153. seq.

CAPUT IV.

De Pontificiorum, Calvinianorum, Soci-
nianorum, Anabaptistarum, Schvvenckfeldianorum,
Weigelianorum, Fratrum Rosæ Crucis, Arminiano-
rum, &c circa Regnum aliquod futurum ter-
renum erroneis sententiis.

10. Pontificii. **N**on librum, sed dissertationem scripturus, è nimia copia, quæ librum ferè impleret, nonnulla saltèm depromam, intraque limites dissertationis me continebo. Quantum de Pontificiis notum est, Chilasticam opinionem suis in mentem revocavit eo tempore, quo ab Anabaptistis factum, Non nemo, quem
(Autor libri: Onus Ecclesiæ,) alii dicunt esse Johannem Chemensem Episcopum. vid. Sebast. Meier V. D. M. Bernens. in Commentar. ad Apocalyps. cap. 20. Tig. 1584. edito tractatu Landshutæ in Bavaria, typis Joh. Wisenburgeri, A. 1524. in quo scripto Autor sub titulo, ONUS EC-
20. CLESIAE: errori millenario nimio per se addictum ostendit, quem librum ipse refert scripsisse A. 1519. Prodiit autem non privati hujus solùm instinctu, sed cum approbatione Superiorum, uti ostendit frequens & solennis Pontificiorum in impresorum librorum titulis formula. A cap. 61. libri usque ad finem tractat errorem prædictum. *Tertium adventum facit, quando Christus in majestate sua juxta consummationem seculi ad judicandum mundum veniet. Hunc collocat in fine septimi status mundi & ultimi millenarii: Tunc erit pax Ecclesie & Satanas rursus alligatus, piis primas super terram concedet, quietè agentibus; Enoch, Elias*
30. *as Judæos ad Christum convertent, & hoc evictum putat Autor ex Esai. 2. 2. c. 35. 10. Jerem. 10. 8. c. 31. 34. Apoc. 8. 1. c. 18. 12. Hujus Status consummandi præcursorem facit Johannem Evangelistam, ejusq; durationem mille annis circumscribit, usque ad persecutionem Gog & Magog se extendentem, quos AntiChristi caudam facit.*

Pro

Promore Pontificiorum adducit locum cap. 13. 40. è lib. IV. Esdra, ubi putat gentes reducendas à Domino, sicut dispersas à Salmanasare Rege Assyriorum in transportatione in alienam terram. Ex Apocal. 12. 7. 12. c 17. 7. 12. Satanam solvit ejusq. persecutionem maximam, sed brevi gyro adjudicat. Post substratas gentes Gog & delctos decem Reges, ante finale judicium totum mundum ad Christum convertendum, & in summa tranquillitate permansurum, idq. eventurum juxta dictum Salvatoris Joh. 10 16. de uno ovili & uno Pastore, jungit Apocal. 21. 22. cap. de nova urbe Hierosolyma, & ex Ezechiel. 28. 16. Job. 12. 31. Apoc. 20. 10. Satanam prorsus ejicien- dum, non amplius, ut antea, tantum ligandum. De quibus potioribus locis Scripturæ S. quid sit sentiendum, posteriores paginæ indicabunt. Citat hic Autor etiam Ubertinum de Casali ord. min. professum Scriptorem de VII. statibus Ecclesiæ Apocalyp. cujus VII. status coincidat cum regno millenario: item Joachimum Abbatem Florentis cœnob. ord. S. Bened. suo tempore verissimum Prophetam creditum, de quo conf. Sixtus Sen. in Bibl. lib. IV. p. 315. ed. Colon. 1626. floruerunt sec. XII. conf. Gesn. Biblioth. Sec. XIII. Fratres quidam ord. S. Dominici librum hanc cum inscriptione: *Incipit Evangelium æternum*: conscripserunt, qui à nonnullis Joh. Parmensi tribuitur: *Deum Patrem*, dicunt, *sub lege regnasse*: *Filium sub gratia*: *jam exortis IV. mendicorum ordinibus*, *Spiritum S suo regno initium daturum*. Oppositus liber est sub nomine Guilielmi de S. Amore, de periculis mundi, qui tamen adjudicatur scholæ Paris. vid. Joh. Wolffii Lect. Memor. T. I. Cent. XIII p. 537. ed. Lauing. 1600. Hujusmodi scriptis veritatem aliquam concedimus, quando de viribus Antichristi præscindendis per reformationem optatam loquuntur.

Alphonsus quidam Conradus, Mantuanus, in Commentario Apocalyp. A. 1574. ed. eandem sententiam tueri, sicut & Matthæus Cotterius in expositione Apocalyp. continua apodictica cap. 20. recensetur, conf. Rallius p. 53. tract. de regno Christi glorioso Genev. 1659. Fevardentius in 2. Petr. 3. & Coccius in thesauro, Lutherum velut consentaneum afferunt è colloqu. mensal. f. 454. aliquid decerpentes. Præterquam autem quod ille liber post mortem Lutheri editus, quem ipse vivus pressit,



citatus locus non tam de Chiliasmo statuendo, quàm de interitu mundi loquitur, ut & de vita æterna parabolis humanis comparata. Et ita Lutherus liberatus relinquit accusatores in dicto crimine.

Calviniani.

Piscator,
Bisterfeld.

Contra consensum Patrum primariorum & totius Ecclesiæ, Chiliasmum, quem S. Scriptura prorsus nescit, diu explosum, denuò revocare student Calviniani. Piscator observ. 1. & 2. in Apocalyps. cap. 20. Bisterfeld. in mysterio pietatis contra Crell: de uno DEO Patrel. 1. sect. 1. c. 8. p. 89. Alstedius libro de mille 10. Annis Apocalyp. quem Seb. Franck germanicâ versione edidit. Piscatoris nervus argumentorum eò tendit, ut *evinat solorum martyrum resurrectionem ante universalem reliquorum hominum succedentem, & martyrum gloriosam regnandi cum Christo concessam per mille annos libertatem; ubi etiam planè aliam seriem annorum mille in Apocalypsi numerandorum construere deprehenditur. De mortuis cum Eglino Comment. in Apocalyp. pag. 481. 488. longè quoq; aberrantem viam ingreditur, ut de termino temporis è vocabulo v. 5. donec, deducto, nihil jam dicam, in quo posteriori tamen ipse deseritur à sociis, Sebast. Meiero in Apocal. 20. p. 86. & Tig. 1603. Aretio in N. T. p. 619. Paræo in Apocal. commentar. pag. 1695. Alstedii mens pag. 66. tract. de 1000. Ann. Apocalyp. Francofurt. 1630. 12. aperta, sequentia habet: *Ecclesiæ status felix in hac vita constabit ex resurrectione martyrum & ipsorum regno in his terris, ex liberatione Ecclesiæ à persecutione hostium Evangelii per illorum deletionem, ex pace diuturna inde oritura, ex incremento Ecclesiæ seu multitudine credentium per conversionem Judæorum & Gentium nondum conversarum, ex reformatione doctrinæ, sive majori luce & fidei & vitæ, secundum omnes status hominum, ex majestate sive magna gloria Ecclesiæ; denique* 30. *ex gaudio illius sincero. Incipiet autem illa felicitas illo ipso anno, quo futurum est, ut destruatur regnum magnum Antichristi, & durabit mille annos. vid. B. Dannhauerus Dram. S. p. 267. conf. Alsted. Chronolog. p. 502. ubi ab A. C. 1623. usque ad 1694. protasin sive præparationem facit ad 1000. annos Apocalyp.**

Brocardus. A B. Gerharo recensetur etiam Jacobus Brocardus in mystica & prophetica interpretatione libri Genes. ed. Lugd. An. 1593. quòd multa patrociniâ rei Chiliastricæ possideat. Præcipuè agit causam

causam Chiliastarum gente clarissimus Petrus Launæus, aliàs P. Launæus, Jonas Buieus Perieus dictus fictitio nomine, Commentario in Daniel. & Apocalyps. Tractatum etiam peculiarem de Regno mille annorum editum contra Mosis Amyraldi instantias, replicatione vindicare non detrectavit, de quo conf. Rallius.

Afflavit hoc malum Cerinthianum Anglum, Thomam Brighmannum, cujus Commentarius in Apocalyps. erroneam hanc opinionem insuper continet, p. 656. *de millenariis hâc ratione diversis, ut Ligatione Satanae per unum millenarium finitâ. electi & sancti cum Christo regnum gloriosum suum altero millenario inchoent.* conf. D. Hoë in Comment. Apocalyps. p. 261. ed. Lips. 1618. 4. B. Affelmannus in heptade quæst. illustr. Theol. Brighmanno simul hunc errorem attribuit in Apocalyps. passim ostensum, qui planè cum veteribus Chiliastis, Judæis adscipulantibus, convenit; *nempe promissionem Judæis de reditu in terram Canaan & fundamentorum positionem Regni hoc modo corporalis initiandi.*

Petrus Crugotius in notis ad Apocalyps. Francof. 1625. in 8. ed. cap. 20. p. 97. 98. seq. suam additam symbolam non obscure indigitat de regno aliquo terreno expectando, scribens ad vocem (regnârunt) p. 100. expressè: *Regnârunt, scilicet perfectissime, effectu planè cœlesti, non tamen in cœlo, sed ante cœlum in terra, longè alio statu, quàm quo nunc sumus. Et hac communem resurrectionem antecedere, imò contingere duplicem nonnullis mortem,* ait: subnectitque *Piscatoris & Patrum consonam suæ sententiam, licèt rideant impii & olim Idololatra tanquam stultitiam habuerint.* p. 102. affert Tertullianum fatentem, etiam *Ethnicos notitiam habere de civitate illa DEI prestolanda,* quos Crugotius putat, *Tertullianum nunquam in testimonium adjunxisse, si miraculum suspecta fidei fuisset.* Sed ô lubricam veritatem regni gloriosi terreni testimonio Ethnicorum, hostium Christianorum dogmatum excœcatorum in spiritualibus, statuminandam!

Patricius Forbescius à Corfe, Baro in Oneil, in Comment. Apocalyps. quem jussu Molinæi, Tileni, Jac. Capelli, Gomari edit filius Johannes Forbescius A. 1646. Amsterod. cap. 20. 21. 22. subtilioris sententiæ adstipulator, *cujusdam felicitatis spiritualis Hierosolyma conferenda ante extremum judicium, mentionem facit,*

cit, de resurrectione martyrum tamen altum silentium tenens, nec annorum millenarium status beati precise determinans. Magis dilucidè se exponit in hypomnematè adjuncto commentario Apocalyp. pag. 268. 269. 270. ubi inter alia: *Omnino existimo, duobus postremis Apocalypseos capitibus describi plenariam præstationem eorum omnium, quæ promissa sunt obventura Ecclesiæ hîc in terris: adeò, ut nihil deinceps reliqui futurum sit, quod expectet, nisi ut veniat Dominus Jesus. &c. Veritas communiter & constanter obtinebit, & statum Ecclesiæ communiter quod attinet, quietos ipsa dies aget, &c.* Plura vid. cit. pag. de expositione Forbesii, & quæ sibi contraria habet de obreptura passim tandem securitate.

Rallius.

Halcyoniis Ecclesiarum Evangelicarum, sive de regno Christi glorioso in terris, ubi aperitur mysterium Regni mille annorum, suo ita sonante libri titulo A. 1659. Genevæ impresso, quidam Reformatorem Andreas Rallius, Ecclesiastes Océitanus, curiosos lectoris oculos in se convertit, & felicitatem Ecclesiæ temporalem exoptatissimam promisit. Indicat *consensum & dissensum* suorum, Walæum, Amyraldum præcipuè nominans, *ut insurgentes in millenariam felicitatem, ut vindices autem Polierum Bernatem in libro Proceribus Helvetiæ consecrato & typis expresso Genevæ 1652. gallicè, p. 109. Item Johannem Dobucium in libello suo, χρονομηνύτως qui inscribitur, à Stella nova An. 1604. & magna conjunctione planetarum excitatum ad eadem de felicitate Ecclesiæ promissa danda.* Præter Alstedium, Petr. etiam Launæum, Petr. Serrurierum, Pastorem & autorem gallici libri: *Affertio Regni mille annorum*, dicti, contra Amyraldum, *Dan. Brenium*, qui tamen Socinianis favit, *Osiam Darvierum, David. Derodonem*, item *Guibbaum, &c.* Totam tamen felicitatem positam iri in securitate ab omni hostium incurso, in gloria professionis Evangelicæ, magnâ reformatione doctrinæ atque morum, quam confuse cognitam *Æram millenarii annorum Sancti paulò post annum 1694. eventum consecuturam.* p. 115. cit. tract. De cujus argumentis deinceps in vindicatione dicendi locus dabitur uberius. Sicut è prima descriptione Chiliaistici erroris, ut & hætenus adductis, ita postea adducendis deviarum sententiarum testimoniis

stimoniis erit manifestum, dissentire Chiliastas inter se quam maximè; alios statuentes corporalia bona simul & spiritualia; alios resurrectionem præmittentes, præcipuè fidelium; alios eam negantes peculiarem; alios ad solos martyres restringentes; alios reprobos quoque adjicientes cum reliquis Electis; alios etiam circa determinationem temporis nil certi ponere intendentes, nec initium, nec finem definiendo; alios vel in propria persona Christum Regni illius administratorem; alios per vicarium orthodoxum, Papæ Romano oppositum, concedentes. Cupiunt nonnulli nomen Chiliastarum à se declinare, nihil ^{10.} certi statuendo de mille annorum tempore, ipsi tamen rem tuentes regni gloriosi terreni, communiter millenarii dicti, propter mutatas aliquas saltèm circumstantias non statim in totum absolvi possunt. Sub tali igitur multiformi larva hoc idolum à crassioribus Cerinthianis efformatum, ab Anabaptistis cæterisque Fanaticis cum applausu iterum è pulvere excitatum, exceperunt alii speciosis pigmentis illud exornantes, ut majori cum tripudio & sibi & aliis complaceret. Quo speciosiores colores adhibendos componunt Chiliastæ, eò abstrusiores, & prophetias prophetiis novis cumulant, nulli labori parcentes, ut verba, phrasas ^{20.} integræ, sententiæ & prophetiæ iis difficultatibus involvantur, quæ maximè ædipo novo opus habeât, & illato peregrino lumine magis obscurentur adyta & penetralia S. Scripturæ, hâc sua occulta arte, nil meliores veteribus & recentioribus Rabbinis, ad quorum exemplum stylo aliquo simul inusitato utuntur Latino, meros Hebraismos sapiente. Ita data quasi opera gryphos luci exponunt, ad ingenii humani, sed minùs fructuosum exercitium.

Priusquam ejusmodi Artificem producamus, præmitti ^{H. Morus,} mus alium, Henricum Morum, SS. Th. D. Cantabrig. Operum ^{30.} Theolog. primùm Anglicè, deinde Latinè edit. Londini 1675. fol. lib. V. de magnâ visionum Apocalypt. utilitate, cap. XVII. p. 201. §. 9. suam mentem proponentem, longè quidem, ut verba sonant, alienissimam à præfervidis illis V. Monarchiæ propugnatoribus: *Consistere, ait, eam millenariam felicitatem non in demoliendis omnibus gradibus ordinibusq₃ superioritatis in Ecclesia*
D vel

vel Republica &c. Sed in rebus rectè administrandis in utroq; per illos hominum ordines &c. Hac est ratio fidelissima, concludit p. 203. quam ego reddere possum de statu Christiani orbis ab effusione Spiritus S. usq; in Apostolos ad reditum Christi in Spiritu ad renovandam lapsam Ecclesiam in veram Sanctitatem ac Justitiam, in resurrectione testium regnoq; Sanctorum in terris per mille annos, quorum sub exitu dies erit judicii propriè dictus. vid. ibid. prolixissima Eius deductio. Potissimam deducendæ rei rationem ponit in numeris, quibus & conjungit cœlorum circulos, 10. multifariasque constellationes, ut ea satis intricata accuratum Arithmeticam & Astrológum exoptulent. Plures ex Anglia possent fortè adduci, si librorum copia daretur, ut dicitur de Josepho Mede, Theol. Cantabrig. in Clav. Apocal. & fragm. sacris diss. Lond. 1653. Autor tract. germ. Chiliasm. Sanctus, citat Nathan. Homesium, S. Th. D. Anglicè in fol. librum grandem de Mille annis autoritate publ. edentem.

Coccejus.

Nunc succedat ille, quem Anton. Hulsius D. Theol. & Professor Leidens. Collegii ejusd. Regens in suo Specimine Theol. Hypotheticæ, vulgò Cocceanæ dictæ, ed. Lugd. Bat. A. 1676. 8. 20. delineat, nempe ille est Johannes Coccejus, in eâdem Unive. sit. D. Theol. & Professor ante aliquot annos, ejusdem fidei & fortis particeps, è scriptis suis in S. codice pluribus in publico prostantibus notus, è quibus Hulsius notavit: *Quinta Monarchia assertoribus Coccejum non pauca parare subsidia, variis divisionibus temporum institutis, à Methistarum & Fratrum Rosæ Crucis non multum discrepantibus. Inter septem periodos ultimam dicit liberationis, quò refertur Daniel. 12. 2. & intelligi resurrectionem spiritualem, conversionem Judæorum, Lev. 26. 44. Regnum Lapidis & populi Sanctorum, Daniel. 2. 45. & c. 7. 22. Splendorem docentium in* 30. *Ecclesia, Dan. 12. 3. destructionem AntiChristi, juxta Deut. 32. 42. 6. Juxta Cantic. 8. 8. 14. Apocal. 20. 11. resurrectionem mortuorum & novam Hierosolymam esse metaphoricam resurrectionem & regnum gloriosum in terris intelligi. vid. Hulsius cit. lib. p. 274. seq. Hos pessimos fructus sperare licet è principio illo Rabbinico, Atheismo viam pandente latissimam; Scripturæ S. verba significare id, quod significare possint.*

Arminian;

Stephanus Curcellæus in Religione & disquisitione Academica

demica Episcopium secutus, quid mens Arminianorum de regno Curcellæ.
 Christi in terris glorioso conceperit, in Institutionibus suis Reli-
 gionis Christianæ lib. V. p. 326. ed. oper. in fol. Amstelod. 1675.
 exhibet, inquit: *Cum ergo mortuorum resurrectio universalis,*
quæ continget post mille annos quietis Ecclesiæ, de alia non posse ac-
cipi videatur, quàm de corporali, quàm in ultimo die expectamus;
verisimile quoque est, resurrectionem martyrum fore corpoream, nimirum
ut propter toleratam pro Christo & ejus veritate mortem cruentam hoc
privilegio honorifico præ reliquis fidelibus fruantur, ut mille & am-
plius annos ante ipsos resurgant. Ita a. videntur resurrecturi, ut non 10.
sint glorificatis corporibus induendi, sed animalibus; nec tamen un-
quam amplius morituri, sed in ultimo adventu Christi ad iudicium
inmutandi & immortalitate donandi. Illi autem erunt ceterorum
fidelium duces & rectores, qui eos exemplo & doctrina ad pietatem
animabunt. Mille enim anni videntur longum aliquod temporis
spatium temporis designare, non illud præcisè, quod mille solis perio-
dis definitur. Deinde post mille annos expletos, non statim sequetur
finis mundi & universalis mortuorum resurrectio. Satan enim tunc
solvetur ex captivitate sua, & gentes incredulas, quæ significantur
nominebus Gog & Magog, i. e. ut putant, Turcarum & 20.
Tartarorum (nam Gog & Magog sunt Scythiæ pars circa
Caucasum) excitabit ad persequendam Ecclesiam, licet per-
secutio ista non videatur diuturna futura, quia ignis à DEO
deseendet è cælis, qui consumet eos, Diabolusque cum Bestia &
Pseudopropheta conjicientur in stagnum ignis ardens & sul-
phuris, atque ita ultimum iudicium consummabitur. Protestatur
Curcellæus, non esse suam sententiam de regno aliquo volupta-
tibus & deliciis corporalibus, etiam licitis Luc. 20. 35. abundan-
te: Sed de tali, in quo nil sit absurdi, si fidelibus regnum Dei &
ejus justitiam primò quærentibus, DEUS auctarii loco bona cor- 30.
poralia adjiciat, quibus temperatè utantur, scientes hujus mundi
figuram præterire &c. Christum vult exceptum, ut & Martyres
à sensu terrenorum bonorum. p. 319. Hoc regnum permanfu-
rum, etiam Christo non corporaliter præsentè: Hoc enim ut
& illud effatum, Christum expletis etiam annis, cælum nun-
quam repetiturum, pugnare cum potentia & majestate div. in-
firmitatisque arguere, judicat. Plura inferius.

Sociniani.
Joh. Era-
smi.

Quidam nomine Johannes Erasmi, scripsit Librum contra P. Thyraum, Jesuitam de Antichristo, in quo in pervertendis Scripturae S. dictis, iisque ad Judaeorum & Anabaptistarum deliria accommodandis ex suo ingenio negotiosus deprehenditur. Statuit, metam annorum Anti Christianorum ad finem devenisse, quem annum 1588. constituit: Regnum Papae in his terris, à magnis Ecclesiae Doctoribus, & testibus eversum iri, (per hostes intelligens Arianos) ex Apocal. hario'atur, pios ac caelestis doctrina studiosos tunc iterum colligendos esse in ovile sub fidis pastoribus. Intere-

10. rim non desinunt, inquit, afflictiones piorum ante Sabbatismum septimi millenarii, ac beatum initium regni mille annorum, &c. Sentio septimum mundi millenarium pertinere ad quietem Ecclesiae, quando celebrabitur Coena nuptiarum Agni, quando Sabbatismus erit. Hac felicitas septimi millenarii tum septenis diebus & annis, tum etiam septem tubarum, sigillorum & phialarum numero renunciatur. Sed septimo millenario ac regno Christi finito, exorietur beatissima lux aeterni regni DEI, quod erit extra temporis mensuram, Aevum, quod est sine initio, ab omni aeternitate, coalescet cum aeo post absolutum gaudium Regni Christi: Inter hac duo aeva,

20. quorum illud initio, hoc sine caret, interjacet mundus, h. e. spatium septem millenariorum, & in eo dicit consistere eminentiam regni DEI super regna mundi & Christi. Ecclesiae sua tranquillitas constare non potest, nisi deletis Anti Christi, ideo proximè huic praemitenda quieti finalis destructio omnium hostium, à quibus pax Ecclesiae haecenus fuit intercurbata. Tunc piorum erit sanctissimus Consensus in una fide ac cognitione veri DEI, sublata erunt intestina dissidia, mali & impostores separabuntur à piis, ut nulli sint in Ecclesia seductores, quod non erat in Ecclesia Apostolica, in qua coluvies quaedam erat bonorum & malorum, ideoque tot scandala, tot

30. sectae in ea extiterunt. Postea: Tunc Christus clarissimè conspicietur in templo DEI, h. e. in Ecclesia DEI, Christo autem rectè cognito, DEUS quoque, utpote cujus gloria in Christi facie lucet, rectissimè cognoscetur, & quicquid ad Christianam religionem pertinet, mirè simul illustrabitur, ex oriente hoc sole, Jesu Christo.

Anonym^o
à B. Cramer-
lib. de re-
gno Chri-
sti cit.

Hujus Erasmi sententiam quidam sub initium hujus seculi renovavit, sed modo, ut sibi placet, aliquantò subtiliori, cujus mentionem facit B. Cramerus lib. de regno Christi part. 2. c. 4.

p. 310. eumque novum & subtilem novi Regni Evangelici assertorem describit, cujus tamen commentarium in Apocalypf. commentis plenum in primo, ut ajunt, ovo suppressum esse. Inter alia Autor ille novaturiens sua animi sensa proponit seq. à Cramero notatis verbis: *Futuram esse omnimodam, ante finem mundi, AntiChristi, tum Turcici, tum Romani, πανολεθραν, Ecclesiam autem futuram esse Oecumenicam & Catholicè Evangelicam, deletis omnibus hæresibus, cessantibus omnibus persecutionibus, pressuris, bellis, tyrannide, idq. per mille annos, h. e. tempus benè longum, precisè soli DEO notum. In quo regni Evangelici statu rejicit, quicquid Judaïsmum sapit, quicquid item dominatum politicum; omnimodam præterea Diaboli ligaturam, quoad privatum quemque, non admittit, corporalem Christi conversationem tollit, corporalem itidem fidelium resurrectionem & judiciariam Sanctorum administrationem hinc sequestrat; & sic suppresso Johannis Erasmi nomine, opinionem tamen ejus incrustat & commendat.*

Rallius p. 19. lib. de regno glorioso judicat similem tract. Anonymi esse Dan. Brenii, Socin. quippe hujusmodi annexus est annotat. in Apocal. quæ itidem tribuuntur Brenio, Amstelod. 1657. repetitâ editione, quod etiam sentit D. Vejel disp. gradual. de errore Apostol. circa regnum Christi mund. p. 5. §. 7. ubi mentionem etiã facit disputationis Sociniani cum Judæo Lusitano, quæ spiritum Chiliaisticum, Autorem horum scriptorum agitantem, declarant. Hujus brevem refutationem suscepit disp. Jenæ hab. 1678. Præside D. Bajero, & M. Sattlero. Librum per totum de errore Chiliast. agit Autor Socin.; qui conferri potest, & patebit, à nobis ei non fieri injuriam, licet nihil verborum ex eo afferamus.

Val. Simalcius de divin. Christi cap. 15. pag. 95. edit. Racov. 1608. Chiliaismum quidem explosit, ut & Faustus Socinus in miscell. p. 50. qui posterior inquit: *Nulla pacto sibi probari sententiam de futuro ejusmodi regno, sed se credere illam esse falsam, absurdam & perniciosam, p. 51. seq. aperte videre, eam pugnare cum perpetuo consensu, qui in Scriptis Prophetarum & Apostolorum deprehendatur. Addit tamen de suis sociis p. 56. pietatis studiosos illos, vitam planè spiritualem degere, aut certò degere perpetuò stude- dere, & p. 69. statnere, istud regnum Christi corporale futurum esse in terra, & quidem in ipsa Judæa super Judaicum populum Hiero-*

Socinus de Sociis restatur.

30 CAP. IV. De Pontif. Calvin. &c. circa Regnum

solymis, postquam DEI nutu ac providentia urbs illa in ea provin-
cia eodem loco, ubi antea erat, instaurata fuerit. Et sic cum Sociis
eâdem tibiâ Socinus cantat, quâ usus olim est Cerinthus. vid.
D. Scherzeri Colleg. AntiSocin. l. de morte & resurrect.

Qui error tanquam hæreticus tempore Damasi Pontificis
 Rom. exeunte seculo quarto in Apollinari damnatus fuit, uti
 eum talem nominat Augustinus, & ob fulmen illud jactatum
 terrorem asseclis incussit, ut silentium diuturnum intercesserit,
 ille recruduit tamen priori seculo, Anabaptistarum colluvie se
 10. movente, & reliquias ostendit non paucas ex Judæis, Cerinthia-
 nis Chiliaftis derivatas. vid. Schluselburg. catalog. Hæret. lib. 12.
 p. 349. Francof. 1599. 8. Notat ecquidem D. Calovius T. XII.
 T. L. de extremo Judic. Anabaptistas nonnullos fuisse, qui re-
 gnum Christi aliquod terrenum statuerint, sed non in voluptati-
 bus terrenis consistens, uti Turcæ & Judæi de suo cælo somni-
 ant, potiùs in justitia, sapientia & veritate, ad imaginem DEI
 primævam ante lapsum quàm proximè accedens, quod tamen
 variis injectis adhuc figmentis obscurârunt more solito, & plures
 uno & altero diversum senserint.

20. Ob hanc causam non potuit non Aug. Confessio in artic.
 Anabapti- 17. damnare & alios, uti verba habent de Anabaptista-
 stæ. rum errore proximè sequentia; qui nunc Judaicas opiniones
 spargunt, quod ante resurrectionem mortuorum, pii regnum
 mundi occupaturi sint, ubique oppressis impiis. p. 14. Horum ex-
 plicationem suppeditare potest Philippus Melanchton in disp.
 de furoribus & deliriis Anabaptist. Tom. I. Witteb. Lat. inter a-
 lia ita fermocinans: *Anabaptistæ affirmant, oportere ante novissi-*
imum diem in terris regnum Christi tale existere, in quo pii domi-
nentur, & omnes Reges impios opprimant & deleant.

30. Quid Augustus Weber pellio, & seditiosi Monasteriensis
 Aug. We- A. 1535. Thom. Munzer, Joh. Leidenf. & alii asseclæ sint mo iti,
 ber, Mun- recentent Historici, Sleidanus lib. X. Comment. Anton. Corvi-
 zer, Joh. nus in histor. relat. de Monast. Lambertus Hortensius, Mont-
 Leidenf. fortius de tumultu Anabaptistarum. conf. Xystus Betulejus in
 comment. super Lactant. l. 3. c. 14. Chytræus in Comment. Apo-
 calypt. cap. 20. Johan. Wigandus de Anabaptismo. Tempore
 obsidio-

obsidionis Monasteriens. librum promulgârunt hi Fanatici, sub nomine; *Restitutio totius mundi*: ut pauca lucis ergo majoris memorem. In illo libro tres mundos fingunt; primum quidem mundum inde ab Adamo usque ad Noachum, inundatione periisse: alterum, in quo nos versamur, igne periturum: tertium planè novum esse, in quo justitia regnet. Prius verò quàm postremus illucescat, eum, qui nunc est, oportere per ignem expurgari; sed id non ante futurum, quàm sit revelatus AntiChristus, & illius oppressa planè potentia; tunc demum fore, ut collapsa sedes Davidis erigatur, & Christus regnum suum in terris obtineat, & Prophetarum 10. omnium scripta compleantur; Presentem verò mundum esse velut etatem Esau; nam & in eo silere justitiam, & pios affigi; Sed ut à captivitate Babylon. sic etiam nunc à tantis ærumnis adesse tempus liberationis ac restitutionis, & futurum, ut impiis cumulatè rependantur illorum scelera, sicut in Apocalypsi denunciatum est. Hanc autem restitutionem antecedere futurum seculum, ut impiis omnibus oppressis, justitiæ velut domicilium ac sedes adornetur. Tunc temporis Anabaptistæ, ubique terrarum per suos emissarios, novum Regem in Sion ebuccinandum judicârunt, nec puduit eos dementiæ, ut Regem aliquem in throno collocatum, nempe 20. Johannem Bocoldum, sartorem Leidensem, titulo insignirent: Johannes, Rex novæ Hierosolymæ, Rex Justitiæ super universum orbem. E Johannis Matthæi, Prophetæ Monasteriens. primarii prodiit scholâ Menno Simonis, qui conceussit variis excitationis tumultibus Frisiam & Hollandiam. Quot postmodum capita se exeruerunt, tot sensus etiam fanatici, alii à Thoma Munzero, Johanne Hutto non tantum nominibus, sed etiam opinionum notionibus se distinxerunt; alii se locis separabant simul & opinionibus, ut Moravi à Bohemis &c.

Quæ deliria Argentorati protruserit, & Synodum eâ de 30. causâ cogendam necessitârît Melchior Hoffmann, mense Jun. Melchior Hoffmann.
A. 1532. legi potest prolixis apud Frid. Spanhemium disp. de orig. &c. Anabaptist. p. 13. p. 23. item in Syntagm. Genev. 1652. præcipuè quomodo Argentinam novam Hierosolymam venditârît, in quâ novum Christi regnum erigendum, & Cornel. Poltermann Enochum Eliæ scil. Hoffmanni præcursorem jactitârît.
Hoff.

Hoffmanno autem publico pacis turbatore in vincula coniecto, fingere socii non destiterunt, Hoffmannum è carcere proditurum cum 144000. signatorum, & terram anathemate percussurum. Ipsum autem è carcere literas inhibitorias ad biennium emisisse, juxta exemplum Esdræ & Haggæi, quo tempore inter eà fato fatalem hunc Prophetam concessisse, additur, nil nisi ludibrium suis relinquentem.

Nathan.
Ælianus
fictus.

Non nemo, qui nomen sibi imposuit Nathanaelis Æliani A. 1578. circiter, tractatum in lucem misit, inscriptum Mattanla, in quo legitur: *Judicium supremum secuturū statim post secundum Christi adventum in carne, prius fore aliquod in terris Christi regnum. Nec refutari posse è Symbolo Apostolico, cum opiniones sue nitantur aliis Scripturæ S. fundamentis, quin vocabulum (Judicare) in Symbolo usurpatum, nil nisi (regnare) significare, & non propriè, sed metaphoricè hinc accipi; prout liber Judicum Judices tanquam Reges describat. Scripturam Christum non in cœlis, sed in terris futurum promittere, quò exules vitam & opes propter Christum in hac vita profundentes, redi vivi centuplum recipiant, & Christum, suis subditis ab oppressione & servitute gentilium vindicatis, & tandem post extremum judicium & mortem de medio sublatam, omni imperio Patri à Filio tradito, nulli amplius regno relicturum locum.*

Dav. Georgius.

Huic Æliano succenturiatur David Georgius, non ignotus ille in Hollandia pestiferæ hæreseos seminator, qui inter paradoxa cœtera etiam hoc de regno singulari habuit, & multos passim discipulos reliquit, qui Doctorem imitati, se Christum etiam Regem Sionis mentiti fuerunt, de quibus in Belgio circulatoribus agit Cornel. Jansenius, Episcopus Gandavens. in Conc. Evangel. Harmon. cap. 123. pag. 842. quibus non deesse signa & prodigia fatetur, quæ falsis Prophetis à Christo jam olim adscribuntur. In historia Basileæ edita à Magistratu, (adde factam relationem à Genero Nicol. Blesdikio, qui seductus ad meliora se accinxit in posterum) de vita & morte Davidis Georgii, quam, cum relatione Generi, Jac. Revius Lugd. Bat. publicavit, uberrimè blasphemix & fabulæ se lectori oggerunt, vid. Spanhemius disp. Syntagm. disp. 1. part. 2. p. 15. & Ubb. Emmius, Prof. Groning. de spiritu David Joristico linguâ Batavâ differens: Quomo-

Quomodo novus hic Rex conscientiae moribus confectus, vitam sub pedibus dederit, & cadaver honestè prius in aede Leonhardi Basil. tumulatum, cum omnibus scriptis & libris ipsaque effigie, ferali rogo à carnifice impositum tandem & in cineres redactum fuerit. Talis catastrophe Davidis hujus minimè fuit Davidica, qui se verum antea Davidem illum à DEO missum prædicabat, ut extremis hisce temporibus regnum Israël restitueret, Jacobi tabernaculum instauraret: Se esse Regem & Christum, Patris cœlestis filium, in quo se oblectet Pater, natum non ex carne, sed ex S. Spiritu & Spiritu Jesu Christi, qui Spiritus Christi, carne in nihilum redacta, quodam in loco, sanctis omnibus ignoto, hætenus servatus, nunc sibi Davidi Georgio, totus quasi traditus sit, atque in animam suam infusus; se igitur eum esse, qui domum Israël: verosque Levi filios, (intellige eos, qui dogmata Ejus suscipiunt, eumque sequuntur,) unà cum verbi DEI tabernaculo sit Spiritu instauraturus, non cruce, nec rebus adversis, aut morte, quemadmodum ille Christus alter, sed clementia & Spiritus Christi amore &c. O hominem à cœlesti origine se nobilitaturum, & non nisi terrestria sapientem, in quo certè nullum oblectamentum invenit cœlestis Pater, tanquam in Filio, uti de se nugatur Impostor! O imbecillum Deitatem! quam sibi affinxit Georgius, quæ tandem per manus carnificis in rogo ardenti in cineres evolavit & evanuit. conf. Frid. Jessenii *auffgedeckte Larve Dav. Georgii.*

Caspar Schwenkfeldius de triplici hominum vitâ cap. 43. Schwenkfeldius.
discrimen inter sua & Cerinthiana cum Anabaptistis facturus, ita differit: *Non autem talem Ecclesia reformationem, qualem Chiliastra expectamus: Neque qualem Monasterienses Baptista, planè perfectam; sed modò speramus, Christum majori cum efficacia Spiritum in nos effusurum, dispersos DEI Filios collecturum, ac copiosius veritatem suam probaturum, adeò, ut majori gratia, ac donis quibuscunq; Ecclesia sit benedicturus, atq; homines magis probi, pii & sancti evasuri. Breviter, hæc est nostra expectatio, Jesum Christum ex hisce Ecclesiarum dissensionibus, aliquando etiam Syncretismum, ac concordiam inter Papatum & Lutheranismum, ut vocant, daturum: atque plurimos veros pasto-*
E res,

res, qui solam ejus gloriam, ac hominum salutem sint quasituri, & sanam Christi doctrinam, ac veritatem absq; humanis commentis, sanctè docturi, missurum. Etiam Ecclesia majori numero, ac sanctitate fidelium, qui in spiritu ac veritate ei sint servituri, benedicturum.

Weigelius Non in Dav. Georgio & Schwencckfeld. extincta rabies hujus veneni, propullulavit ead. in progenie ejus, quæ occurrit in aſſeclis Valent. Weigelio, Ezechiel. Metho, dicto aliàs Elia Sionis, quorum vestigia etiam in German. Academ. non in celeb. Jenens. si A. 1616. deprehensa fuerunt, & nisi obstitisset sedula Professorum cura, ulteriùs progressum minata, prout B. Gerhardus ipse docet *αὐτόπληγς*, T. IX L. Th. de Consummat. Sec. p. 457. ed. 4. Jen. 1622. Ambo hi August. Confessione addicti, seducebantur in fanatica deliramenta; Weigelius An. 1612. scripta sua germanico plerumq; idiomate evulgata Paracelsicis potissimum debens, quorum manu ductionem non parum securus est, adjuncto Paulo Lautensack, pictore & organista Noribergensi. conf. B. Nic. Hunnius, D. Thummius contra impietatem Weigelian. disputantes, it. Gerhardus in disp. sect. 8. Jen. ed. J. Hornbeck in Commentar. succincto de paradoxis & heterodoxis Weigel. 1616. ed. Inter sua commenta etiam hoc habet Weigelius, seculum aliquod Spiritum S. in terris acturum, quo rerum facies miris modis mutanda, & felicitas non tam corporalis, quàm spiritualis expectanda sit. In Postillar. part. 3. p. 38. seq. ita: Ob wol nach dem innerlichen geistlichen Menschen oder Wesen die H. Kirche ein Haupt hat/und unsichtbar ist / nicht hie noch da mag gesehen werden/ so muß es doch noch zusammen kömen/ und das neue Jerusalem muß leiblich seyn / so wol als Christus leiblich auff Erden gegangen / und nicht allein geistlich bey uns gewesen ist/es legen sich dawider alle Weltgelehrten in allen hohen Schulen / heissen es Wiedertauferisch / Schwermisch / Münzerisch/ wenn man die Apocalypsin, Danielem und Psalter herfür suchet / sampt den Reden Christi im Evangelio/ und sagen; Christus herrsche hier nicht / Er müsse hier lenden/ verachtet seyn/verschmähet werden/ Er könne hier nicht herrschen/ &c. Es muß das Weib mit 2. Flügeln wieder herfür aus der Wüsten

sten

sten geruffen werden / und das neue Jerusalem muß auff Erden wohnen / und noch auff Erden muß sich Christus erzeigen / nicht daß Er leiblich und in Person kommen / wie zuvor sichtbar / sondern daß Er im Seinen leibhafftig wohnen werde / im Hause Jacob / also daß wir alle unter Ihme von Gott gelehret / keines Predigers nicht bedürffen / keines Propheten / da wird es Christus alles seyn in uns / wann der falsche Prophet / und das Thier / und der Teuffel werden gebunden seyn / und in den feurigen Psul geworffen. Soll aber der Satan außgetrieben seyn aus dieser Welt / so muß er seine Wohnung verlieren / das ist / sein Fleisch / als Lügner / Dieb / &c. und alle Gottes-Feinde müssen hinunter in den feurigen Psul / alsdann wird es gehört werden noch hier auff Erden: ALLELUJA! Nun ist das Reich Gottes kömen / und seines Christi / nemlich hier auf Erden / in allen Gläubigen &c. Plura vid. in Weigel. libro de vita Christi pag. 127. Nicol. Hunnii Betrachtung der neuen Paracels. und Weigel. Theol. 8. conf. Euseb. Bohemi Hist. Eccles. Epitom. p. 1020. sequ. Witteb. ed. 1626. Micraëlii Syntagm. Hist. Eccles. l. 3. p. 506. Joh. Hornbeck Summa controvers. p. 423. seq. ed. 1653. Joh. Mulleri Atheismus devictus p. 513. seq. ed. 1672. Hamb. 20.

Agid. Guthman. in Suevia, ubi vixit, A. 1575. composuit libr. Guthman. Offenbarung Göttl. Majestät / qui Hanov. A. 1615. ed. cum præfat. Fratris Rol. Cruc. de quo conf. Rev. Min. Lub Hamb. Lun. Abgenöthigte Lehr- und Schus-Schrift wider den Guthmanischen Offenbarungs-Patron. Lub. 8. 1677. est ille a. M. Henr. Ammersbach, Pastor Halberstad. ad D. Petr. & Paul. P. II. p. 196. hæc Chiliastico de errore: Die Schrift-Meister sollen sich nicht weigern zu Ruh und Wolfahrt der Gemeine in Jsrael die Bücher zu beschreiben / (von der Offenbarung Göttl. Majestät) denn GOTT will je das Reich Jsrael wieder auffrichten: ad-30. ducuntur. Mentionem quoq; facit Minist. Tripolit. Christoph. Cotteri, Siles. Nicol. Dabricii, Moravi, Corn. Haseve / Amsterod. in der Schus-Schrift p. 97.

Fuit aliquis Henricus Nicolai, qui natus Monaste-H. Nicolai rii Westphalorum, Amstelodami incola diu factus, post Dav. Georg. paradoxa propalavit, novamque societatem, Familiam Charitatis vocitatum, instituit, quam in Angliam secum

asportavit. Extant ab eo scripta: *Evangelium Regni, Terra pacis, Exhortatio, Correctio*, in quorum conclusione leguntur sequi. *Charitas extorsit per H. N.* his etiam classicum ad novum captandum regnum cantavit, *omni resurrectione pernegatâ, & cœlo in terra fixo.* Joh. Knewstub Anglus refutavit librum: *Evangelium Regni*: Theod. Cornhert, amicus ejus primus, primus quoque antagonista factus, item Ministerii Belgic. Londinens. calammum sensit.

- Fratres Rosæ Crucis, qui multa gloriantur de Inventore, Rosæ Crucis, Christiano Rosenkreuzio, sed pleraque fabulosa, in confessione
10. suâ p. 70. An. 1617. editâ, ajunt: *Nostro seculo desinet omnis falsitas, servitus, mendacium, tenebra. Distinguunt secula p. 72. juxta sensus hum. corporis: Quædam secula auditu rerum, dicunt, cognitionem sunt adepta; quædam visu, alia odoratu, alia gustu, his succedet seculum elocutionis s. tactus, cum mundus à sopore suo gravi evigilabit, & obviam ibit novo Soli orienti, pedibus nudis, nudo capite, cum gaudio, tunc erit seculum prædicationis, quod seculum ipsis postea dicitur sexta ætas, h. e. regnum Chiliaisticum. Item faciunt tria secula mundi: I. Innocentia. II. Peccati. III. Regni San-*
20. *ctorum in novo paradiso. Hic novam religionem, novam peritiam Philosophicam Medicinal. florere.* Extant talia in literis Dantis ad Rosæ Cruc. fratres datis. Emotibus Bohemicis generalem reformationem in Ecclesia, Politia & Oeconomia A. 1621. 22. 23. promittebant, in novi^q regni tesseram eligebant hæc verba: *IESUS mihi omnia, non tantum in millenaria felicitate, sed etiam in æternitate.* Verum Rosæ hæ temporibus elapsis jam dudum exaruerunt in promissis, & eventu auro fefellerunt, quemadmodum illa ruinosa de auro conficiendo, argenagina laborantibus capitibus impressa scientia, fallit sæpe sapiens. Res ipsa arguit, his Fratribus injuriam non fieri, si accensentur Chiliaistis, ut Andr. Libavius in Continuatione Inquisitionis in Confessionem Fratrum de Rosæ Cruce p. 21. art. 16. idem declarat. Latitabant communiter hi Reformatores orbis in angulis obscurissimis, & aliquando Parisiis An. 1624. angulis platearum affixo programmati, locum habitationis subtrahebant tacitè, ne novi hi Regni possessores, in veteri latibula desideran-

ces,

tes, in novo in lucem ante tempus destinatum protraherentur, in hoc demum effulsuri.

Alium distinguendi modum seculorum à Fratibus Roseæ Crucis didicerunt Methistæ & alii hujusmodi Enthusiastæ à Theophrasto Paracelso, à Bombast dicto, proverbii loco utente : *Revolutis astris mundum debere ad primordium recurrere, & in illo seculo futuram esse Paradisum cum summa felicitate. Primum seculum Patri assignabat, (juxta Trinitatem Personarum) secundum Filio; tertium Spiritui S. Istud à promulgatione Evangelij: illud ab incarnatione: hoc à presentitempore inchoabat, & mille annos pollicebatur. Tria testamenta constituebat, & ita secula simul tria, Vetus, Novum, Novissimum; & in hoc posteriori homines, dicebat, ita renovari, ut nunquam amplius peccatis immutentur, imò perfectiores fieri ipsis Prophetis & Apostolis.*

Methistæ sunt illi, Ezechielis Methi, Jesaiæ Stifelii Ezechiel errorem reducentis, sectatores, quorum *Dux se novum Principem Michaëlem in Regno Phantastico proclamavit, Stifelium autem cœu Sponsam Christi ab Esai. 66. delineatam. vid. Baudartius lib. 6. Hist. ad ann. 1614. Negavit Methius à Meden (ut superbo instinctu Matris nominari voluit,) Resurrectionem mortuorum & vitam æternam, se jam in corpore suo certè & plenariè promissam à Christo vitæ æternæ gloriam percipere, & civem ad eò esse Regni mundani novi Christiani, fassus.*

Joh. Stifelius A. 1604. Langsalzæ in Thuring. errorem pagans, mox in carcere ejurans, A. 1623. denuò revocans, & castigatus à D. Joh. Webero in brevi Confid. Stifel. & in Pseudo-Christo ocreato; *Regnum æternæ plenitudinis Christum in terra erecturum, & immaculatam, immarcessibilem, invariabilem & corporalem hereditatem illam hæcenus in Cœlo reservatam, jam in terra manifestaturum, propterea eam purgaturum ab omnibus vitiis & diabolicis impuritatibus, docebat Tract. 2. Apolog. q. 5. c. 7. item: Omnes creaturas per Christum duratione æterna in victum, delicias & voluptates heredum Regni hujus in terra, duratione perpetua, & essentia incorruptibile esse instructas. Tract. 5. p. 8. Apolog. cap. 7. pag. 306. Verantwortung etlicher Christlichen Tractatelein p. 209.*

Francisc.
Puccius.

Inter alios Franc. Puccii errores venenatos, quibus Naturalismum, imò Atheismum, inducere molitus est Campanellæ discipulus hic, etiam hunc fovit de regno millenario, dicens: *Dies seu tempus Judicii divini multa complectitur. Nam aliquot anni terentur in excoquendo & purgando mundo, & in conflictu inter Christum & Anti Christum, eorumq; nationes. Mille anni quinques promittuntur pacato Sanctorum Regno, aliquod tempus quoq; dabitur ultimo conatui Satanae, cui demum succedet resurrectio & iudicium mortalium omnium, & status ille consistens & quietus*

10. *creaturarum, in quem nulla pugna aut mutatio cadet. Item: In primis diebus septimi Angeli clangentis promittitur illustrissima Victoria de Satana & Anti Christo, quibus coniectis & conclusis in abyssi carcerem, incipiet regnum illud mille annorum, in quo summa potestas divinarum humanarumq; rerum erit penes immortales Pontifices & Reges, sub quorum iudicio & gubernatione sanctissima flore- bunt omnes virtutes, & exulabunt omnia vitia, & fluent aurea illa Ecclesia secula, quæ Propheta, Apostoli ac Sibylla passim promittunt ac describunt, quo tempore elapso, fiet resurrectio singulorum hominum.* Et hæc ex libro ejus de Christi Servatoris efficacia, quem

20. Luc. Osiander & Serarius Jesuita refutârunt. Romæ tandem hic novi Regni præco in rogo periit, ut Micrælius recenset Hist. Eccles. p. 678. Et cum hoc nullius religionis homine concludimus, transitum parantes ad caput sequens, ubi hujusmodi plures reperiendi, quorum quisque ferè proprio ex cerebello religionem sibi fingit.

CAPUT V.

De Novorum Fanaticorum, Enthusiatarum, pro regno millenario terreno militantibus sententiis.

30. *S*istemus primo loco milites novi Regni, à milite quodam Jo-
Quackeri. *Shanne Naylor ortos, Quackeros puta, qui profitentur etiam regnum Christi futurum universale in terris, omnium gentium conversionem & congregationem, & ut spirituale id faciant, collocant Christum*

Christum in conscientiis & cordibus regnaturum, deletâ principis tenebrarum regni formâ. Arma spiritualia probant ex Esa. 60. 17. Psal. 103. 19. Psal. 145. 13. locumque spiritualem faciunt, vid. Catonus in Vindic. contra Hamb. c. 9. p. 71. Foxus in Salut. ad Regem, c. 9. nisi, benè observante D. Zentgrafio diss. de Quackeris p. 33. aliud ore promant, aliud corde clausum teneant. Horum n. Socii in aliis scriptis magis de corporalibus garrunt, de ruina Regnorum & Imperiorum. Hujus regni initium instare, Regemque ad illud se accinxisse credunt, scribes in annunciatione omnibus Regibus & Principibus: *Dies Domini advenit, 10. & regnum Agni erigendum est, & regna hujus mundi mutari debent & deleri, & nasci regna Domini & uncti ejus.* In libro: *Standarte und Panier an alle Nationen/ cap. 5. Das Königreich des Allerhöchsten soll herrschen unter den Menschen / die Königreiche dieser Welt sollen verändert werden / und die Königreiche sollen des H. Erz und seines Christi werden. cap. 9. Das Königreich darüber Christus ein H. Erz ist und König welches in Berechtigtheit bestehet / darinnen keine unrechte Sache und V unreine einig Theil haben / und das glauben wir / daß es soll auffgerichtet werden und vermehret auff Erden &c. conf. Minist. 20. Tripolit. Sax. contra Quack. p. 33. Alium adventum Jesu Christi ad Judicium non faciunt, sed hunc in conscientias intelligunt, ubi etiam Judicii exercitium collocant. conf. Hogwil Eröffnung p. 3. Catoni Alarm p. 3. Plura de Quackeris suggerunt Scriptores Anglici, Quackerorū conditionē penitiūs inspicientes, quàm Germani, quorū scripta nota sunt, quę ediderūt D. Joh. Lassenius Jen. 1657. Ministr. Tripolit. Inf. Saxon. Sunt a. illi, Mericus Casaubonus, Isaaci Filius, præbendarius Cautuariens. de Enthusiasmo, Joh. Nortonus de doct. Trementiu. cit. Kempii Bi- 30. blioth. Angl. Vennerus quidā captus, testatus fuit de quintæ Monarchiæ sententia, quâ, deletis omnibus Magistratibus, novum regnum Christi in terris per mille annos esse duraturum. Et ita in verbis interdum mutant quædā, de mali causa, ne ad hilum recedentes. Præluferunt in hâc via sanguinaria Presbyteriani & Independentes, Regem & Patrem Patriæ Carolum I. Anglicum nefando*

40 CAP. V. De Novor. Fanat. Enthusiastar. pro regno

fando scelere morte multantes, de quibus conferri potest Joh. Durellus, Regis Caroli II. moderni Concionator Aulic. in lib. de Ecclesia Anglic. contra Schismat. vindicata Londin. 1669. 4. c. 1.

Johannes
Archer.

Edidit Johannes Archer, Pastor quondam Independentium Arnhemii, librum de personali Regno Christi in hâc terra, à quo dissensum tamen multi sociorum præ se ferunt. Synopsis libri videre licet apud Voëtium disp. select. T. II. p. 1266. seq. brevemque refutationem, uberiores autem apud Thom. Parke- rum, Nuberiens. in Anglia Pastorem, in expositione sua Daniel.

10. An. 1646.

P. Serarius.

Evelitationibus invicem commissis cum Sam. Maresio in hâc materia millenaria, innotuit insuper quidam Petrus Serarius, dissertatione sua latina, de fatali & admiranda omnium planetarum in uno eodemque signo sagittarii, igneæ triplicitatis ultimo, conjunctione illa die 1. & 11. Decembr. A. 1662. futura. Quâ tam ex S. literis, quàm ex ipsius conjunctionis natura, aliisque rerum præcedentium & concomitantium circumstantiis clarè evinci putat; Illustrem Jesu Christi adventum illum imminere, qui 1. *gentem Judæorum dispersam sit recollecturus*, 2. *Hominem peccati, qui hæctenus in Ecclesia & in mundo principatum obtinuit, aboliturus, &c.* 3. *Regnum in terris gloriosum tandem erecturus.* Fuit hic, teste Maresio, unus ex amicis Duræi Irenarchæ, & collega olim Agrippinæ Ubiorum, pronior tamen in Schwenckfeldianismum, inò Quackerismum propter spem quintæ Monarchiæ, uti præfatio Maresii epistolaris ad Serarium, Chiliaismo enervato præmissa, ut & tract. p. 6. & 7. ed. Groning. 1664. demonstrat. Quanquam fateatur Maresius id etiam de Serario, ex literis ad se datis, præ omnibus Religionum diversarum cæteris sententiis, illum Reformatorum sententiam in negotio religionis S. Scripturæ convenientiorem judicare, ob parvam tamen inde accrescentem Reformatorum auctoritatem, addit Maresius ex veritate: Fanaticam mentem Serarii ex omnibus eminere, illum etiam contra Mos. Amyraldum Regnum Christi millenarium propugnasse, quod Amyraldus in Launæo oppugnârit.

In hunc censum novorum Prophetarum & Fanaticorum
veni-

veniunt M. Paulus Nagelius Prognost. 1624. in Philosophia nova Alii non-
 lit. I. 4. scribens: Wenn der himmlische Adler geflogen kommt / nulli novi
 und Christus die 1000. jährige Welt-Freude allhier auff Erden Prophetæ,
 anfänger / solle der Römische Adler vertilget werden. Plura de
 Nagelio & Felgenhauero vide apud Dn. Lic. Nifanium, in Ma-
 tæolog Labad. p. 576. sequ. ubi m. Autorem Anonym. de clangore
 Buccinæ Prophet. adducit. Paulus Felgenhauer in Prodrom.
 Evang. æterni s. Chiliade sancta An. 1625. im Monarchen-Spi-
 gel von zweyerley Reich. conf. ejusd. Bonum nuntium Israëlis.
 A. 1655. ad R. M. B. Israël. Christoph. Andreæ, Christianus Sim- 10.
 plicius fictus, Joh. Werner ejusque assecla Richardus armis Sue-
 cicis maximoperè faventes duo posteriores. Sunt etiam, qui eò
 furoris tandem devenerunt, ut se pro Christo ipso novum re-
 gnum auspiciaturo, venditârint, circumcurstantes terras & ma-
 ria, ut Corn. Jans. H. E. p. 842. attestatur.

Ludovicus Fridericus Gifftheil, è Ducatu Wurtemb. ab Lud. Frid.
 An. 1618. per 40. circiter annos circumvagatus, novus tanquam Gifftheil,
 & alter Rex Davidicus Babelis destructor haberi voluit. Sigil-
 lum ejus, ut novi Regis, circumferebatur tali inscriptione:
Sacerdos juxta ordinem Melchisedec: cujus epitaphium rythmis 20.
 germanicis constans, cum hâc descriptione: Dem theuren / see-
 lig in Gott Verstorbenen / und in aller Widerwertigkeit unüber-
 wündlichsten König / Fürsten / Priester und Kriegsmann G. Dt-
 tes Ludwig. Frid. Gifftheil. erectum, pluribus legi potest apud
 Frideric. Breckling. in tract. de Christo Judice p. 91. 12.

Johannes Roth, quintæ Monarchiæ defensor, in de corpo- Joh. Roth.
 rali interitu Antichristi inter alia ita: Daß die Zeit von der Ra-
 che Gottes kommen ist / daß Babel muß geurtheilet werden
 durch den Mund Gottes / und das Schwert Eliaz alle Baals-
 Pfaffen tödten muß / und die Bosheit der Erden wegnehmen. 30.
 Eine Standart wird auffgerichtet An. 1671. in das vorder Theil
 der Welt / in der Stadt Amsterdam / worunter die zustreute Ju-
 den sollen versamlet werden; in Niederland soll ein souverain-
 Haupt regieren / und so eine Monarchische Regierung fortsetzen /
 und so soll Christus erhoben werden. A. 1674. soll das Kriegs-
 Heer unter einem König aufziehen / &c.

Q. Kuhlmann.

Commendator hujus Fanatici diligentissimus est Quirinus Kuhlmann libro: *Neu-begeisterter Böhme*. cujus cap. XV. repetit CL. Weissagungen und Offenbarungen der güldenen Etien und Rosen. Zeit / oder der gloriwürdigsten Jesus. Monarchia / 2c. qui etiam Jac. Böhmium nominat Angelum illum cum æterno Evangelio per cœlum volantem, de antè dicto Rothio & se, Kuhlmanno, vaticinantem. Gloriabundus jactat hic de Böhmio, in signi illo Antesignano Fanaticorum, eum A. 1624. mens. Jun. ab Hoe, Lysero, Balduino, Meißnero, Gerharo, Dresdæ
 10. fuisse examinatum, addita provocatione arroganti ad Calovium, Scherzerum, Musæum, si quid haberent responsi contrarii. Rothius & Kuhlmann de multis millibus annorum somniant, uno millenario non contenti, velut Böhmius millenarii sectator per suas mille quæstiones Theosoph. plures quàm 1000000000. quæstiones solvi posse putat; & omnia millibus multis apud eum perstrepunt. Sed quot mille quæstiones, tot mille phantasmata ostendunt, quæ quæstiones aliis Theologis, spiritus Bohmiani methodo haud gaudentibus, tamen minùs sunt insolubiles. Illum autem hodiernorum Enthusiastarum fictum Patriarcham,
 20. Jac. Böhmium, in describendo novo Regno multum occupatum in de 150. vaticiniis & revelationibus cap. 15. conspicere licet, ubi ex sua mente hæc format: Die allerletzte Zeit wird bald anbrechen / und eröffnen sich alle Verborgenenheiten / weil die Widerbringung aller Dinge herzu nahet. Alle Welt. Reiche werden fallen / so bald es in Mitternacht taget / das Papstthum / Türckenthum / nebenst allen Secten und Religionen erlangen alsdann ihre gewisse Endschafft. Darnach soll wieder erscheinen mit Noah / Moses / Elias / und wird Elias Feuer. Zeichen der Weis zum Zeichen geben. Die Zerbrechung der grossen Stadt Babel /
 30. der verwirreten Christenheit stehet für der Thür / alle Secten sollen bald entsectet werden. Es wird in kurzem der AntiChrist sampt dessen Thier der Huren und falschen Propheten / von einem Jünglinge werden entdecket und ersteket. Ein grosser König und Beherrscher des Erdreichs wird ein wenig über den Mittag des 6. Tages geböhren / grosse Helden sind um ihn / Propheten weissagen von ihm / und sein Glanz gehet von Aufgang
 bis

bis zum Niedergang. Der Türcken/Juden und Heyden Befeh-
 rung ist stracks zu erwarten / ein Hirt wird die Völcker in eine
 Heerde versamen. Das Geheimnuß der JEsus - Monarchia
 oder Reichs Gottes wird werden vollendet um 7. und 10. Uhr/
 und wird seyn darnach eine Hütte Gottes bey den Menschen.
 Tanta dementia cepit nonnullos, ut non amplius de annis, sed
 de horis initiandi illius Regni felicissimi garrere inciperent.

Adolphus Heldt, olim Concionator Stadensis, sectator ^{Adolphus}
 Eliæ Prætorii, sive Christiani Hohburgs, in Prüfung desselben ^{Heldt.}
 Sachen / plures etiam quàm mille annos probabiliter elicere ^{10.}
 vult ex instituta dimensione Templi ab Ezechiele & Johanne
 traditi. Depositus hic ab officio fuit ob defensionem novæ sen-
 tentiæ de VII. mundi universalibus mutationibus quoad omnes
 creaturas, quas tamen ipse ritè explicare non potuit, præter pri-
 mam & ultimam. conf. Calovius in Syst. Th. T. XII. p. 178. &c.
 quem Heldius bis Hamburgo Wittebergam iter faciens con-
 venit, & dubitationibus exemptis, plenam erroris convictionem
 retulit, supremum tandem diem Altonæ claudens. *VII. autem
 illa universales mutationes mundi sequenti ratione distinxit: I. à
 creatione ad diluvium. II. ad Abrahamum vel Exodum Israëliti. 20.
 ex Aegypto. III. ad captivitatem Babylonicam, IV. ad Christum.
 V. ad Lutherum. VI. ad se, tanquam novum Prophetam. VII. ad
 extremum judicium.* Citat D. Calovius etiam in hanc rem scri-
 ptum aliquod P. E. Holf. in quo similiter *delineationem somnii P. E. Holf.
 Chiliaistici reperiri, institutâ Comparatione inter alia Joh. Arnds
 cum Angelo Satanam ligante, & veterem hominem in abyssum
 perditionis dejiciente. Pro lubitu exponuntur anni Apocalypt.
 de 3. annis & 9. mensibus, initio horum facto ab An. 1652.
 quo in Spiritu revicturos esse Johannem Baptist. Paulum Apostol.
 Taulerum, Kempis, verumq; Christianismum potenter propugna- 30.
 turos.* Sed experientia temporum deseruit eventus veritatem.
 Quod pariter accidit libro Anonymo A. 1653. Christianopoli
 Germanicè edito, tripartito in Apocalypsin referatam, Clavim <sup>Autor Cla-
 vis Apoc.
 &c. Apoc.
 referatæ.</sup>
 Apocalypt. & Methodum ac Harmoniam Apocalypt. Nam præ-
 ter confutationem à B. Ursino im *Christl. Zeiger. Händlein/oder
 Christl. Einleitung in das Buch der heimlichen Offenbarung
 Johan-*



44 CAP. V. De Novor. Fanat. Enthusiast. pro regno

Johannis / & à B. M. Joh. Georg. Seldio, Chiliafmo suo elen-
chomeno, Hamb. 1661. 4. annus destinatus 1666. finalis Anti-
Christi elapsus est, & durantem adhuc Romam, persecutionem-
que in Ungaria ex contrario indicat. Hic locum habet effatum
Augustini l. 18. de Civit. Dei c. 54. Annus iste transit, quem di-
vinatio ficta promisit, & decepta vanitas credidit.

C. Hoh-
burg.

Christianus Hohburg, ille sub ficto Eliæ Prætorii nomine
latitans cæcus Hodogeta ad viam perfectionis, Postill. Mystic.
p. 98. Dom. II. post Paschatis festum, ad verba Evangelii Joh. 10.

10. Ein Hirt und eine Heerde werden: animi sui desiderata mo-
limina voto hoc comprehendit: Ach Jesu/laß die Stunde bald
kommen/das Juden/Türcken und Heyden mit den wahren Chri-
sten eine Heerde werden/zu deinem Schaffstall kommen/und von
dir gefunden werden/ als deine Schäflein dich erkennen / und
also ein/ein/eine Heerde werden; um deines Namens willen ge-
lobet in Ewigkeit: Quale etiam votum præmittit p. 3. statim in
præfatione, utpote consentaneum è sua opinione omnibus Pro-
phetarum vaticiniis. Im Spiegel der Mißbräuche bey dem Pre-
digt. Ampt im heutigen Christenthum ed. A. 1645. VI. abusus
20. loco dicit: Daß die Prediger die zukünftige Zeit Salomonis
das 1000. jährige Reich nicht lehren. p. 600. cit. lib. Die Herr-
lichkeit der vorigen Herrschaft Salomonis antitypicè soll wie-
derum kommen/ und wird nicht lange aussen bleiben/ 2c. conf.
2. Minist. Lubec. Hamb. Lunæb 8. ed. An. 1645. p. 142. sequ.

Frid. Brek-
ling.

- Fridericus Brekling, Minister tum temporis in Swoll, in
de Christo Judice ed. 1666. 12. prolixè agit quoque causam Chi-
liastarum, non quidem illorum, ut vult videri, quibus sola cor-
poralia arrident, ab his enim longo se intervallo seponit, & eo
nomine sibi oppositos sequentibus indigitat p. 196. inquiens:
30. Sie sind ihres alten Pharisäischen und Chiliafischen / fleischli-
chen Wollebens/darinnen sie über 1000. Jahr wol gelebet / und
ihre Herzen gegen den künftigen Schlacht. Tage rechtschaffen
geweidet/nun so gewohnet/das sie des neuen geistlichen und him-
lischen Weins und Reichs Christi nicht mehr begehren. Suam
autem confessionem de regno Christi in terris glorioso refert ad
librum, cui titulus: Chiasmus sanctus, autore Waremund
Frey-

Freyburger, typis excusum Amstelod. apud Betkium 1660. & Warem. 1673. ubi jactat argumentorum infallibilitatem, depromptam. 1. ab Freyburger Eliopoli-
expressa Scriptura S. litera ejusq; consequentia, Dan. 2. Apoc. 20. ranus.
 2. à totius Scriptura S. harmonia. 3. ab oraculorum obscuriorum
elucidatione. 4. à fidei analogia manente salvâ. 5. ab evitacione
absurdorum. 6. ab attributis quibusdam essentia divina, utpote
omnipotentia, Immutabilitate, Sapientia, Justitia. 7. à consensu
Petrum. 8. à testimonio hodiernorum doctissimorum in Orbe lite-
rato. Quod scriptum demum post absolutâ ferè hanc disputatio-
 nem videlicet, & verba Breklingii thrasonica in multis falsa 10.
 deprehendere; placuit ideò ejusdem examen breve in fine sub-
 nectere. conf. Consil. Th. Dedek. append. p. 441. 442. seq. Libri
 hujus Autorem facit Pastorem Evangelicum in Germania, qui
 non ob metum, sed ob vitandum partium studium nomen su-
 um omiserit, nempe ut libri lectionem absque præjudicio ab o-
 mnibus sectarum hominibus faciliùs obtineret, suo tempore re-
 velandum. Hunc autem vocatum fuisse Seidenbecher, Pasto-
 rem in Ducatu Coburgensi, qui protractus, cum quæ privatim
 de hâc re contulit, publicè contra inhibitionem Consistorii
 Eccles. defenderit, ideò ob contumaciam ab officio depositum, 20.
 defensionem erroris contra quoscunque usque ad extremum
 halitum, reverà postmodùm ominosum, firmiter sibi proposuis-
 se, ferunt. Assumit id, ut communiter solent, tanquam certum,
 & fundamenti loco opinioni suæ substernit, quod tamen adhuc
 in controversia est & nondum probatum; nempe duplicem re-
 surrectionem esse, quarum priorem copulat cum regni illius bea-
 ti somnio, posteriorem cum extremo judicio, duplicem diem
 & judicium duplex supremum, &c. reos nos faciens violatæ
 Sacrae Scripturae autoritatis, cujus tamen ipse est, dicendo:
 Wosern ihr nun nicht die ganze H. Schrifft verlângnen wolt/ 30.
 müßet ihr ja bekennen/ daß noch 2. Gericht/ 2. Auferstehungen/
 2. Offenbarungen Christi/ 2. Welte/ 2. neue Erden/ 2. neue Je-
 rusalem zukünfftig/ &c. Addit plura eorum verba solennia de ali-
 quo interregno & statu intermedio inter gratiæ & gloriæ regnû,
 sed verba sunt. Dicta & verba Prophetica à Jesaia, Ezechiele, Joe-
 le, &c. de novo gratiæ regno tempore N. Test. inaugurando, aut
 de gloriæ in vita æternâ, profecta aliud declarant, 3. quanquam



46 CAP. V. De Novor. Fanat. Enthusiafar. pro regno

omnia ea rapere in hunc sensum contendat, quasi illa agant de regno illo ficto beatifico intermedio. Singula hinc repetere superfedeo, cum partim eventu suo in N. T. clarissimo ipsa contradicentem refellant, partim autem, ubicunque aliquid praesidii obtingere potest Adversariis, copiosam refutatione praestitum sit à B. Gerardo tract. de Chiliafmo Jen. 4 à Filio edito, partim etiam à nobis potiora in cap. VII. adducta cum vindiciis. Ubicunque dicitur de fidelibus, quod sint dominaturi, triumphaturi, tanquam Reges, Sacerdotes, ut Apocal. 5. id legitur, de mundo, de Diabolo, & reliquis hostibus spiritualibus, virtute sibi non connata, sed divinitus concessa. E. putant firmissimè concludi: Id fiet in regno tali fortunatissimo, quod ante supremum diem erigendum. Prompti aliàs ad omnia ferè spiritualiter explicanda, hinc nolunt acquiescere & intelligere dominium illud fidelium jam jam in terris coeptum spirituale, non corporale, quod in oculos incurrit, tandem in majori gradu esse gerendum, postquam è terrenis ad caelestia migraverint. conf. Breklingii p. 201. seq. Christus Judex.

Herman.
Jungens.

Præfixam tenet hic tractatus præfationem cujusdam Hermannii Jungens, Ministri in Monchendam, in omnibus adstipulantis, verbis autem satis ecquidem confusis, inter alia his: *Auff die Befehrung der Juden und Israeliten gehet des H. Ern Ehren-Reich/Wolgefallen und H. Ruhe an/und in solchem seinem zuvor befrenten/ bekehrten/ vereinigten/ rechtschaffenen und geheiligten Volck/ noch hie auff Erden/ wie im Himmel für der letzten/ allerherzlichsten Offenbarung des H. Ern zu seinem allgemeinsten Gerichte/ über alle Lebendige und Todte/ und für endlicher Eröffnung des unvergänglichen ewigen Wesens/ glaube/ hoffe/ erwarte/ wünsche auch ich mit unauffhörlichem Sehnen von ganzem Herzen/ Seelen und Gemüthe/ &c.*

J. A. Comenius.

Joh. Amos Comenius An. 1668. Amstelodami libellum evulgavit: *Via lucis vestigata & vestiganda: Finem hujus triplicem facit, ut in ea omnia, omnibus, omninò videri possint, ut loquitur in tit. cap. 14. p. 49. per omnia intelligit, quaecunq; Deus homini patefecit aut patefaciet, sive naturalia, sive supernaturalia, sive bona, sive mala, sive universalia, sive singularia, temporaria, sive aeterna: Per omnes*

omnes intelligit homines omnino omnes, etsi sub diversis cognitionis gradibus, scilicet in informatione necessariorum. p. 54. Per particulam, omnino, intelligit, ut res dicantur & doceantur non perfunctorie & dicitur ergo, sed ita, ut quicquid docetur, sciatur etiam. Ad hac requirit libros universales, Scholas universales, Collegia universalis, Linguam universalem cap. 15 p. 58. seq. & his mediis totius humani generis illuminationem sibi pollicetur, sive in naturalibus, s. in spiritualibus, &c. uno verbo subtilem Chiliafinum, absque determinatione temporis, uti recentiores subtiliores solent. Probationes ejus; à comœdia, in qua ultima sunt clariora, ab 10. ætatibus, in quibus ultima sapientissima, longè incongruas & incertas esse, quivis facilè videt.

Johannes de Labadie, ex Jesuita, post se à Reformatorum Joh. Labadie. itidem separans cœtu, peculiari collecto, ut recitat Anton. Hülsius, Coccejum ut promachum, in causa sua obtinenda Chiliastica, crassiori quidem Minerva secutus est, quippe phrasium Hebraicarum *ἐμφαν* non attendens, more Jesuitarum, atq; longè pejor Chiliastis omnibus, qui contenti aliàs Apocalypf. aliisque quibusdam S. Script. libris opinionibus suis stabiliendis fuerunt, per universam Scripturam S. vagatus, se novum regnum ubique 20. cernere, solùm tertiam partem Scripturæ S. impletam esse, duabus residuis novo regno glorioso adcomplendum reservatis, effutire non erubuit, violatis ad negotium suum quoque clarissimis Pauli effatis de primo Christi adventu. conf. Hülsius Specim. Theol. hypoth. p. 273.

Nos ex ipsa hõrum Separatarum edita confessione & Yvon, de subscriptis nominibus, Labadie, Yvon, de Lugnon, confir- Lygnon. matâ, audiemus sententiam, quam ferunt de regno glorioso in terris. Sic autem verba se habent in declaratione fidei ed. Her- vord. typis Autenii 1672. 8. p. 180. sub finem: *Et admodum fore 30. universale credimus, cum in Regnum gloriosissimum suum actu ipso intrans, (ut Scriptura loquitur) Christus, imperiumq; suum plenè exerens ac longè latèque explicans, Babylonem abolebit, Hierosoly- mam readificabit, Satanam ex mundo, (ut minimum non amplius ibidem regnet) terminabit, populum judaicum convertet, plenitudinem Gentium in Ecclesiam suam introducet, magnam non minùs luminis*

luminis ac gratiæ, quàm sanctitatis & amoris abundantiam super
 iis effundet, omnes suos sub ductu ac regimine suo in unum conjun-
 get, ut non nisi populum unum unumq; gregem sub ipso supremo illo-
 rum Pastore ac capite constituent, ac præterea creaturam innocen-
 tem à servitute vanitatis & peccati, quâ suppressa ingemiscit, gene-
 raliter per sanctos suos, qui numero tum multi eã ad Gloriam Crea-
 toris utentur, in libertatem vindicabit. (Eesai. 65.) ac tandem ali-
 quando conficiet, ut loco cupidinis ac peccati, qua ad illa usque tem-
 pora enormiter admodum dominabuntur, benignitas ac fides inter
 10. se occurrant, & justitia, sanctitas & pax in terris sese exosculentur,
 &c. Post quæ tempora non supererit quicquam, nisi Iesus Chri-
 stus de cœlis, tempore, quo vivos vitâq; sanctos judicare decrevit,
 descendens, omnesq; eos, qui ipsum non amavêre, non glorificavêre,
 ad sempiterna supplicia condemnens, &c. D. Adr. Pauli im schrift-
 mæssigen Bedencken p. 236. memorat de Labadie, integrum li-
 brum de regno Christi novo scripsisse, cui à nonnullis respon-
 sum, prout sermone Belgico adducit Nifanius uberius p. 567.
 matæol. Labad.

Alardus de Raat. Coincidunt, quæ Alardus de Raat cum Coccejo & Laba-
 die ex Eesai. 24, 23. de regno novo exsculpere conatur; ideò con-
 20. fessionem Belgicæ etiam, ut Quintæ Monarchiæ miles subscribere
 detrectavit: & quæ Joh. Lobwassers pagellæ A. 1674. Francofur-
 ti ad Mœnum, uti prima earum facies præ se fert, apud Abrah.
 Antonison. 8. sed fictitiè, veriùs Amstelodami, impressæ, vom
 Reich Christi / so noch vor dem jüngsten Tag auff Erden kömen
 soll / continent, & de Chiliaismo S. Waremund Freyburgers
 veterem cantilenam repetunt.

Antonetta Bourignon. Tantùm Viros calamum acuere pro defensione regni Chi-
 liastici, non sufficiebat, mulieres quoque eisocietati se ad-
 jungebant, inter quas Antonetta Bourignon, primum Pontifi-
 30. ciæ Religioni addicta, & è Brabantia Gandavo oriunda, post-
 modum ex illuminatione singulari div. ut putat, ad eam religio-
 nis sententiam delata, quam sibimet ipsa ab omnibus abstractam
 concinnaverit. vid. libellus A. 1676. ed. in 8. lat. Lapis lydius di-
 ctus, contra Pastorem quendam Sleswicensem, Burckardum,
 cujus unicus scopus eò tendit ad tale regnum unitariorum exci-
 tandum,

tandum, ejusque semina in Holfatia Husæ sparsisse per tempus suæ commorationis, meminit, & cum multarum injuriarum additamento in Autores, jacturæ simul suæ Bibliothecæ & Typographi confiscatione factæ. Omnibus paginis de dilectione proximi sive amici, sive inimici, inserit, & tamen malum specimen ibi ipsa edit, adeoque perfectionem nondum quoad maximam, imò ne quidem minimam partem assecuta est. Plures hujusmodi erroris ad stipulatores reperies apud Hornbeck. Summ. Controv. L. VI. qui facit mentionem Andr. Hobernfeld de Hierosolyma restituta s. Speculo Spiritus S. igneo &c. ed. A. 1622. initio 10. autem regni constituto 1624. item cujusdam A. B. Autoris libri: ad Legem & Testimonium: A. 1645. cui opposuit Apolog. pro Eccles. non Apostatica An. 1647. Amico suo noto. Taceo Geigerum, Plaustrarium, Faulhaberum, Wilhelm. Eo. Abrah. Frankenberg. &c. D. Julii Sperberi Silesii, tract. von vielerley wunderbarlichen Dingen/ & in primis von der güldenen Zeit/ post obitum ejus edidit Bened. Bahnsen Amsterdam. 1662. De Chiliastris duobus Joh. Georg. Gichtel. Amsterodamensi, & Jac. Taube Isselburg. conf. Rever. Minist. Lub. in der Christl. Probe der neuen Schwärmer/ &c.

Non nemo è Jure consultis nostratibus sub nomine fictio latitans M. Gottlieb. Heiland/ Geræ duobus in lucem emisit tractatibus A. 1623. & sequentibus; quorum prior *Verosimilia Historico-Prophetica de rebus in novissimo die eventuris, cum appendice verosimilium*, complectitur; ubi se in detorquendis Bibliis dictis mirum in modum defatigat, ita ut eò rapere integra etiam capita audeat: alter *Coronidem expositionis historico literalis præcipuorum oraculorum prophetorum de die novissimo monstrat*: non segni conatu rem Chiliastrarum peragere instituit. Sed 30. velut communis mos est horum, ut præsupponant ea, in quæ nondum ipsi aliquod jus habent, idque pro suo venditent, quod nemo unquam iis largitus est: Ita etiam huic Autori Vir quidam Consultissimus & in eodem, quo Adversarius studiorum genere, versatissimus Dn. Casp. Facius, Duc. Sax. Altenb. Cancell. & Consil. intimus, in suis Admonitoriis Altenb. 1628. ed. jure ipsum objecit. Et quanquam aliqua depulsio Epistolica Wes-

G

neriana



neriana sit secuta, ea tamen nullius ponderis, Admonitoriis, quæ Autoris non vulgaris dignitatis, Cancell. nempe Baron. Ruthen: in vicinia Jenens. Academ. habitantis nomen verum continent, palmam victoriosam relinquere debuit. conf. B. D. Hoë in Comment. Apocalyp. lib. VII. p. 254. ed. 4. Lips. 1630. B. D. Gerhardus in tract. de Chiliaſmo, à Filio D. Joh. Ernesto b. m. ed. 4. Jenæ, Conſil. Theol. Dedek. append. p. 476. seq.

Ammers-
bach.

10. M. Henr. Ammersbach, Pastor ad D. Petri & Pauli Halberſtadii, ante 10. & plures annos monitus jam à tribus responſis Fac. Theol. in Acad. Helmſtad. Rintelens. & Marpurg. de deſerenda opinione circa regnum millenarium, quam propalavit in meditationibus von Geheimniſſen der lezten Zeiten / & omit- tendis applauſibus in gratiam Breklingii & Seidenbecheri Scri- ptorum inſtitutis: E contrario indignum fore ampliùs inſervi- endæ Eccleſiæ & excidere jure civitatis incolendæ: nihilominùs veterem coccyſmum repetit. conf. Miniſt. Tripolit. Lub. Hamb. Lunæb. in præfat. libri contra Guthmann. Göttl. Offenbarung Raſenburg / Anno 1677. 8. item. Wolgemeynte ſchriftl. Einla-
20. dung zu kurzem ſchriftl. Geſpräch wegen etlicher ſtreitigen Lehr- Puneten an M. Henr. Ammersbach &c. von Georg. Conrad. Dilsfeld / der Primat- Kirchen zu S. Nicol. Predigern in Nort- hauſen A. 1678. in 4. ut & Aufgedeckter Ammersbach Balthaf. Rebhan, Paſt. zu Reichenbach in N. An. 1678. quæ duo poſterio-
30. ra ſcripta è benevola Magnifici hodiè R E C T O R I S, Dn. D. Hannekenii Communicatione hic memorare licuit, & ex iis perſpicere, Ammersbachium omnesque ſequaces Ejus & appro- batores ſpiritus Fanatici, condignos accuratos cenſores invenif- ſe, inter ſpiritus hujusmodi probè diſcernentes, & optimo jure
Ministerium Eccleſ. Halberſt. in cauſa M. Amersbach. de officio
admonentes. Et ſic concludat eos hoc cap. quibus ſe
aſſociavit Ammersbachius.



CAPUT VI.

Continens explicationem & confirmationem Orthodoxæ sententiæ à S. Scriptura.

HActenus præmissimus Autores, qui se addictos huic errori Chiliastico, vel crassiori, vel subtiliori, sententiis collatis de resurrectione quâdam particulari, antecedente millenariam illam felicitatē vel corporalem, vel spirit., sive Martyrum solūm, sive alior. Electorum, congregatorum & converforū hominum, in genere, aut specie, certitudine soli Deo commissā, aut jam determinatā, professi sunt, aut affines. Antequam accedamus eorū munimenta, quib. illud Regnum in cerebro exædificatum miris modis defensum eunt, nostra contemplabimur, non tantūm solidiora, sed etiam salubriora, ut horum intuitu, nauseabundus animus quasvis speciosè ideas oblatas excutiat, ne quærendo solem nebulas deprehendat. Totus Status regni millenariū aut imaginariæ talis felicitatis, quanquam per tot temporis spatia ei solidando impensæ sint curæ, non tamen firmiter consistere potest, deficiente fundamento omnium fortissimo, S. Scriptura, extra quam aliud sibi elegit homo Fanaticus & Regni Phantastici delirans Somniator, quod non minori fragilitati & mutationi obnoxium est, quàm ipse homo fragilis & inconstans, qui nil perennans superstruxit. Hinc conspiciere licet subinde structuræ se subducentes commissos lapides, ruinam certissimam totius prælagientes.

Nos lapidi angulari, Jesu Christo, cui superstructa Ecclesia per Prophetas & Apostolos surgit in munimentum, omnibus inferorum portis & concussionum minis exagitandis par & sufficiens, innitemur, in ejusque consideratione acquiescemus, certi de Regis nostri & Regni ejus qualitatibus.

Johannes Evangelicæ suæ histor. cap. XVIII. v. 33. 36. adducit Jesum Christum, Regem nostrum coram Pilato constitutum, & hâc de causâ maximè & anxie interrogatum, quomodo se Regem, & quale & ubi Regnum suum venditaret. v. 33.

52 CAP. VI. Continens explic. & confirmationem

l. à Regni
Christi
qualitate.
ex Joh. 18.
36.

Ο Πιλάτος εἶπεν Ἰησοῦ. Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. Prodeat itaq; Jesus, & omnib. aliud regnū querentibus sententiam ferat. I. à sui Regni qualitate v. 36. ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἐστὶν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ· εἰ ἐστὶν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ ἦν ἡ ἐμὴ, οἱ ὑπηρέται ἂν οἱ ἐμοὶ ἠγωνίζοντο, ἵνα μὴ παραδοθῶ τοῖς Ἰουδαίοις· νῦν δὲ ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἐστὶν ἐντεῦθεν. Hujus confessionis veritatem ecquis in dubium vocet? Loquitur ipsa veritas Joh. 14. 6. & v. 37. Joh. 18. cit. cap. pergit hanc veritatem profiteri. Hoc ipsum bonam confessionē nominat Paulus 1. Tim. 6. 13. Dicit Christus notanter semper: βασιλεία ἡ ἐμὴ: ut se distinguat à falsis Christis eorumque regnis, qui non æquè affirmare queunt etiam de regno, sibi tanquā proprio, prout optimo jure id Christus valet. Sic etiam peculiariter nominat suos ὑπηρέτας, cōscios de voluntate Domini, nihilq; contrarii affectantes. Et ut nulla dubitationis suspicio locū inveniat in sermone suo, ac si de alio atque alio regno loquatur, continua repetitione eorundem verborum Regni sui proprii constitutionem describit. conf. B. Hunn. in loc. Joh. cit. T. III. op. Lat. p. 980. ed. Witteb. 1608. fol. Est quidem ἐν κόσμῳ, uti patet de Gratia regno, sed οὐκ ἐστὶν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, nam Scriptura S. nescit alium

10.

adhuc, h. e. non lædit Imperium Rom. uti explicat Grotius, quod notent Chiliastæ Rom. Monarch. deturbatores, sed est æternum spirituale, cœleste. conf. Menoch. ad h. l. vid. Joh. 8. 23. & 15. c. 19.

10.

Si Christus proposuisset sibi terren. & mundanum regnum instituire, sese Regem creari passus fuisset; contrarium autem patet è Johann. 6. 15. ubi propterea ἀνεχώρησε πάλιν εἰς τὸ ὄρος αὐτὸς μόνος. Si pompā majestatis humanæ incedere allubuisset, μὴ φαντασίας ποιεῖς, hâc ratione omnium oculos & aures in se conversurus, & suo externo splendore fidem sibi comparaturus, fecisset illud omninò tempore primi adventus sui in carnem, ubi juxta sapientiam carnis hujusmodi processus tam necessarius videbatur, quàm econtrâ divina Sapientia ex abstrusiori emicuit. Eccur adeò severè Apostolos dehortatus est ab ejusmodi imaginationibus terreni regni, si unquam Christo animus fuisset tale incipere in posterum, cur non instituendo, monendo præparasset suos, ad auspiciata illius capienda initia?

30.

ex Psal. 45.
14.

Psalmo 45. 14. interiorem pulchritudinem Sponsæ Regiæ præfert exteriori Rex spiritualis, non indicio vano, se Messia delictari

Etari illâ potiùs, quàm hâc, & non aliam, sed eandem regni constitutionem desiderare. Vox קְרִיב intrinsecùs, à קְרִיב facies, opponitur ei, quod est forinsecus, Levit. 10. v. 18. 1. Regum. 6. vers. 18. 30. & intimos h. l. recessus animæ significat, cujus ornatu Sponsa Regia superbit, vel ut optimè adnotatur: Ornatus erit non omnium oculis expositus, animi potiùs, quàm corporis. Hùc collimant Interpretes ferè omnes, quicquid etiam Grotius ex Calvino cum Judæis contrarii sentiat, & hunc intrinsecum ornatum sumat pro venustate nativâ Sponsæ, externæ oppositâ in vestibus conquistis. Scriba ille cœlestis graphi. 10. de Davidis usus, non cogitavit terrena, sed spiritualia, cœlestia non nisi à cœlesti Spiritu S. instincta. vid. Calov. in notis contra Grot. ad Psal. 45. Rivetus, etsi in Præceptoris gratiam non incommodè excogitata dicit in Commentar. in Psal. Belgæ in notis Biblic. tamen unanimiter de interna pulchritudine accipiunt, illustrantes ex Eph. 3. 16. de interno homine. conf. D. Geierus in Commentar. ad Psal. Dresd. 1668. ed. 4. p. 911.

Quàm longè absit Christi intentio ab hominum, Pharisæis è Luc. 17. sciscitantibus Luc. XVII. 20. $\text{πότι ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. ex-20. seq.}$ ponit Salvator noster: $\text{ὅτι ἔρχεται βασιλεία τοῦ Θεοῦ μὴ ὡς τῆς τῆς ἡρώσεως· οὐδὲ ἐρχοῦν, ἰδὲ ᾧδε, ἢ, ἰδὲ ἐκῆ· ἰδὲ γὰρ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ὑμῶν ἐστίν. v. 21.}$

Παροχτήρησις acutam oculorum & reliquorum externorum corporis sensuum observationem involvit. Hanc removet, ut & fixam sedem ac circumscriptam regni determinationem Rex noster Christus, præscindendo vanam Chiliastarum spem in universum. Sequentibus versiculis cit. cap. expressè loquitur Magister noster ad Discipulos de ultimi adventus sui diebus ad iudicium, nec ullius prætereà intermedii status mentionem injicit, prædicens, fore curiosos scrutatores locorum ad inveniendum 30. Christum, sed cavendos. Quos sum igitur Chiliastæ tendunt à Salvatore jam notati? Taceo reliquas descriptiones Regni Christi in S. literis obvias, ab æternitate, universalitate &c. petitas Psal. 2. 8. Psal. 22. 28. Psal. 62. 8. Es. 49. 6. Dan. 2. 35. Zach. 9. 10. quæ cum Millenariorum hypothefibus nullo modo conciliari queunt.

Hâc præsuppositâ Regni Christi primo adventu in carnem

II. ab imē-
diara con-
nexionē
primi &
Adventus
Christi se-
cundi.
ex Matth.
25.31. seq.

inchoati, secundum qualitates & circumstantias descriptione, sequitur II. immediata connexio Christi Regni secundo adventu inchoandi, ne quis excipere possit, priora saltem loqui de primo adventu ejusque regno, inter regnum a. in terris adhuc dari aliud, antequam deveniamus in plenam possessionem Regni cælestis. Hoc dicunt, sed non probant. Contrarium dicta nostra, quæ non fallunt, è S. Scriptura demonstrabunt. Matth. XXV. 31. ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτῆς, καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι μετ' αὐτῆς, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνον δόξης αὐτῆς. ψ. 32. Καὶ συναχθήσεται ἔμπροσθεν αὐτῆς πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἀφορεύει αὐτῆς ἀπ' ἀπλήλων, ὡς περὶ ποιμῶν ἀφορεύει τὰ πρόβατα ἀπὸ τῶν ἐρίφων. &c.

10. In antecedentibus capitibus agebat Christus de regno suo primi adventus, sc. gratiosi, subsequentibus concludit, quid post illum & appropinquantem finem mundi sit expectandum. Nec causæ millenariorum subvenit distinctio regni Christi in potentia, gratia, & gloria. Non n. tria regna separata, sed tres regnandi modos infert, qui amicè conspirant cum re ipsa invicè, & descriptionē regni millenarii, si ad eam hos referre velis, respuunt. Proponant quàm mollissimè rem suam Millenarii, nil nisi spiritualia crepent, quia tamen diversum prorsus regnum in terris à gratia regno, quod adhuc hîc locum habet, erigere student, & spiritualibus semper corporalia & terrena, si non voluptuaria etiam bona quædam miscere subinde adiguntur, consideratâ subditorum regni illius terrenâ conditione, nil efficiunt.

20.

Paulus nescit alium adventum Jesu Christi restantem, quàm ad judicandum vivos & mortuos, & propter hunc obstat 2. Tim. 4. 1. Si alius præterea status conscius fuisset, non occultasset, potius Timotheo revelasset, ut per hunc & alii instructi se se dignè præparassent. Connectit autem expressè Paulus ἀπὸ ἀγίας πνεύματος φερόμενος, Regni inchoationem cum ἐπιφανείᾳ Christi, τῷ μέλλοντι κρῖναι ζῶντας ἢ νεκρούς.

30.

è Joh. 14.
3.

Joh. 14. 3. Postquàm satis informasset discipulos de regno gratiæ in terris fruendo, abitus sui in μονὸς Patris sui, qui in cælis est, mentionem facit, inquiens Christus: εἰτοιμάσω ὑμῖν τόπον, πάλιν ἔρχομαι, non autem substiturus, ubi sui sunt, sed ἀγαλήφομαι ὑμᾶς

ὁμοῦς πρὸς ἑμαυτὸν, ἵνα ὅπως εἰμι ἐγὼ, post ascensionem in cælo nempe, καὶ ὑμεῖς ἦτε. Hoc animos Discipulorum è terris in cælum suscitabat.

III. Prob. 2. Theff. 1. 7. (sq. imēdiatè τῆ ἀποκαλύψει τῆ Κυρίας Ἰησοῦ III. à connexionione
ἀπ' ἔρανης μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτῆς connectuntur ἀνεσις ἢ ἐκ- ultimi ad-
δικησις ἐν πυρὶ φλογός, glorificatio quieta piorum, & impiorum ventus J.
damnatio ad ignem æternum. Ubi autem fundatur Chiliastarum Chr, cum
expectanda ἀποκαλύψει Jesu Christi, quæ nostræ ἀποκαλύψει à glorificati-
subsequentibus dirimendæ sufficiat? Ulterius explicat Paulus one & da-
τῶ ἀποκαλύψει τῆ Κυρίας, 1. Theffal. 4. 16. quam expectandam mo- mnatione
net Auditores, præprimis scire avidos futurorum expectationem æterna.
imminentium: Αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ δόξαγγελος, 1. 7. seq.
καὶ ἐν σαλπύγγι Θεῆ κατὰ βῆσεται ἀπ' ἔρανης, (quomodo hoc autem 1. Theff.
concordat cum illorum Chiliastarum opinione, qui ante judi- 4. 16.
cium supremum Dominum in terreno regno visibiliter præsen-
tem autumant,) quâ ratione infringent firmissimum nexum hu-
jus ἀποκαλύψεως cum resurrectione mortuorum & extremo ju-
dicio, ut aliam insinuare possent mediam? Nil aliud agunt,
quàm ut præmiorum collatione in millena felicitate regni ter-
reni posita, detrahant æternæ glorificationi, cui aliàs omni jure 20.
illa demum perfectio & consummatio adjudicatur.

IV. ψ. 16. Καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀΐαθήσονται πρῶτον; nota sta- IV. ab uni-
tim post adventum de cælo secundum ad judicium ponitur et- cã resurre-
iam, resurrectionem fore instituendam mortuorum in Christo. ctione
mortuorū
Quid autem hoc ad millenarios? quippe qui vel solos martyres, in S. Scr.
fundata.
vel si alios etiam fideles conjungunt, jam prius tamen excitatos 1. Theff. ep.
& viventes in regno terreno ad ultimum mundi finem & futu- cit. cap.
rum judicium sentiunt, & sic apertè Spiritui S. contradicunt. 1. Theff. ep.

ψ. 17. Ἐπειὶ ἡμεῖς εἰ ζῶντες οὐ παύσομεθα, ἀμα σὺν αὐταῖς
ἀεραγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τῆ Κυρίας εἰς αἴερα, καὶ ἔτω 30.
πάντα σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα. Non terra, sed cælum hîc destinatur
excipiendo Regi Jesu Christo, cum quo communicatio vigeat
sempiterna, non interrompēda per aliam resurrectionem mor-
tuorum, aut raptum viventium in occursum Domini, sicut con-
trariantes volunt. Sic unum eundemque locum occupabunt &
mortui resuscitati & viventes de terra rapti in cælum.

Joh. 11.

56 CAP. VI. Continens explic. & confirmationem

Joh. II. è comunitè usitata sententia Fidei respondet Christo una Sororum Lazari de fratris mortui resurrectione v. 24. Οἶδα ὅτι ἀναστήσεται ἐν τῇ ἀναστάσει ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ de miraculosa nondum constabat, eaque nihil præjudicat consuetæ universali. A Martha discant itaque Chiliastæ, non dari aliam residuam quam ult. diei resurrectionem.

ex Joh. V.
28.

Annon Jesus noster expressè Johann. V. 28. dicit, omnem tollens admirationem: ἐρχεται ὥρῃ, ἐν ἣ πάντες οἱ ἐν τοῖς μνημείοις, ἀκίσονται τῆς φωνῆς αὐτοῦ, sc. filii hominis, qui est Christus. v. 29.

10. καὶ ἐκπρεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς· οἱ δὲ φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως. Non soli fideles, non soli martyres, sed πάντες, probi & improbi, qui vel ad vitam, vel ad judicium & pœnam resurgent. E. non datur particularis resurrectio. Non dicuntur resurgere, ut per aliquod tempus regno millenario intersint, sed ἐκπρεύσονται εἰς ἀνάστασιν ζωῆς ἢ ἀνάστασιν κρίσεως. Nihil E. intercedit inter resurrectionem & supremum Judicium, quod contendit ad versa pars.

i. Cor. 15.
52.

Ultima & novissima Paulus intelligit per κέλευσμα, per φωνὴν Archangeli, per σάλπιγγα; quod prob. è i. Cor. 15. 52. ubi vocat ἐσχάτῳ σάλπιγγα, & iterum connectit cum mortuorum statim resurrectione. Ecquod κέλευσμα, quam φωνὴν, quam σάλπιγγα Adversarii elicient porro, quæ resurrectioni secundæ, quam fingunt, competant?

ex Matth.
24 31.

Tuba illa novissima Matth. 24. 31. etiam allegatur, cum Angelorum comitatu, qui ὀπισθὸν ἔξοι τὰς ἐκλεκτὰς αὐτῶν ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, ἀπὸ ἀκρῶν ἑρανοῦν εἰς ἀκρῶν αὐτῶν. Millenarii autem quâ veritate electos jam congregatos ad unum ante novissima pronunciare possunt, & in hac unitate vitæ & fidei quieti felicitatem regni ponere. Quid clarius effato Christi Joh. 6. 40. de unica resurrectione ad vitam æternam, uti è contrario malorum ad mortem æternam sequitur, in die novissimo: Τὸ δὲ ἐστὶ τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς με, ἵνα πᾶς ὁ θερώων τὸν υἱὸν ἢ πιστεύων εἰς αὐτὸν, ἔχη ζωὴν αἰώνιον (nota, non vitam terrenam aliquam antecedentem, temporale mille annorum vel spatium continentem, vel ultrâ, quam Salvator certè suos non celasset, talem præmii loco adepturos conditionem felicitatis, prout Chiliastæ somniant.)

καὶ

καὶ ἀνάσσω αὐτὸν ἐγὼ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. Si autem pii demum novissimo die erunt resuscitandi, quomodo possunt occupare regnum, quod diu ultimum diem præcedat.

V. Prob. Luc. 18. 8. Πλὴν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐλθὼν, ἄρα εὐ- V. à condi-
ρήσει πῶ πῶς ὅτι τῆς γῆς : Ita præfagit abyssus Sapientiæ Divi- tionē vitæ
næ, JESUS CHRISTUS; tantam fore mundi extremi hum: & fi-
malitiam, tantum contemptum DEI & verbi ejus, tantam dei usque
raritatem fidelium præ cumulo malorum, ut ob incessantem ad finem
suspiriorum fatigationem, fidelibus DEUS longanimis ἐκδι- mundi.
κησιν promissam ἐν τάχει esset missurus. Quid ad hoc error ex Luc. 18.
Chilistarum? qui multitudinem piorum in regno unani- 8.
miter congregatorum, & omnes virtutes eminentissimo gradu 10.
præcellentes, quietem ab omnibus hostibus & adversariis do-
ctrinæ & vitæ piæ securam, adveniēti Domino denuò ad judi-
cium exhibere conantur. Nihil aliud cogitare licet, quàm ex-
trema, cum explicatur cit. loco adventus Filii hominis ob gras-
santem injustitiam hominum in justum auxilium vocati. Si-
militer mundi malitia primævi acceleravit diluvium, Ægyptio-
rum graves pœnarum loco pressuræ attulerunt Israëlitis libera-
tionem: alter & extremus mundi interitus per ignem præceda- 20.
neam habebit impietatem extremissimam. Anne autem operæ
pretium est, in tot & tantas laudes evagari in regno illo terreno
extollendo, quod finem tandem gaudiorum & jucunditatum
pluribus miseriarum tristissimarum anxietatibus terminabit?
Etsi Adversarii excipiunt ab hoc calamitoso tempore, & ante il-
lud collocant Regnum novum beatum, non nisi de modico illo
temporis, quo Satanus solutus post decursum mille annorum ra-
biosè iterum dominetur, Apoc. 20. v. 3. & 7. vim dicti Luc. 18. ex-
plicitantes; ita tamen sibi contrarii terminum Regni milleni à
quo, à novissimis temporibus desumptum, deserunt, nec in priori- 30.
bus, ubi acquiescant, inveniunt. Monstrent enim unicum lo-
cum è S. literis, ubi vita terrena ea felicitate omnigena, quam
fingunt, dotata sensu proprio describatur. Per gradationem in-
cedit Christus Luc. 18. non tantum in ultimis temporibus fidem
fore extinctam, sed & prioribus decrementum indies passuram
usque ad instantia novissima. Ipsi Chilistæ, si infelicitatem

H

vitæ

58 CAP. VI. Continens explic. & confirmationem

vita hujus oculis usurpant presentibus, & non nisi de die in diem se volentes calamitates, durantes querelas experiuntur, cur hujusmodi beatitudinis somno indulgent amplius, aut sibi ipsis adversantur, dum de instanti hujus felicissimi aliàs temporis, aut ejusdem minùs diuturnâ mora multa clamitant? In hoc certè longè falluntur, quod spem futuræ beatitudinis in cœlis repositæ, in terras retrahere, ibique prægustare annuntur.

ex Job. 7. 1.

Jobus ille Antesignanus Crucianorum cap. 7. 1. hominis vitam, quamdiu super terram degit, comparat cum militia, quæ omnem quietem, quâ deliciari volunt Millenarii, de terra expellit. Sub terram se recondi optat, quod fit post mortem, & ibi frui quiete exquisitissimâ cap. 3. Cur autem Jobus nullum solatium petit à beatitudine adhuc in terris obtinenda? Certè non eo prophético spiritu præditus fuit, quo Chiliastæ. Christus ipse, qui Rex constituitur novi Regni, subditos suos non vult beatos in terra, sed in cœlo, quæ loca immediatè in vicem opponit, eique mala, huic bona assignat in concione omnium nervosissima, quâ omnem voluntatem Patris manifestavit. Matth. 5. 11. 12. ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν ταῖς ἔσχατοις, non in terra, quam non omisisset, si retaliandi locus & tempus ibi fixa fuissent. conf. Joh. 16. 7. 20. 33. sicut B. Avus meus in vindic. Evang. Dominic. Exaudi Decad. 4. p. 54. ed. 4. Norib. hunc locum explicat contra Errorem Chiliast.

ex Act. 14.

22.

Act. 14. 22. Paulus arctè copulat tribulationes cum regno cœlorum, ἢ πολλῶν θλίψεων, nullam per aliam viam aut intermissionem, εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν. Si autem juxta Chiliastas temporalis felicitas interferitur, tunc tribulationes cessabunt, & ita non è tenebris ad lucem, ex morte ad vitam, sed è vita in vitam, è claritate in claritatem licebit progredi, quod esset contradicere Spiritui S.

VI.

à dici uni^o noviss. appropinquatione.

ei Joh. 2. 18

Apoc. 22.

v. 7. 12. 20.

seq.

Johannes suo jam tempore clamavit: Παιδεία, ἐσχάτη ὡρα ἐστὶ; ἰδὲ; desumit ab Antichristis multis orientib^o, ὅθεν γνώσκομαι, ὅτι ἐσχάτη ὡρα ἐστὶν, 1. Joh. 2. 18. De nulla autem alia ἐσχάτη ὡρα loqui Johannem, quàm quâ finis incipiet mundi, patet ex vers. 17. præced. ubi de κόσμῳ τῷ παλαιῷ sermo est. Liber Apocalyps. instantem finem mundi & adventum Christi ultimum præten-

prætendit, ad hos omnibus hominibus ultimò & primò obser-
vandos, comminationem relinquens: *ψ. 7. & 12. Ἰδὲ ἔρχομαι τα-
χύ & c. καὶ ὁ μισθός μου μετ' ἐμοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ, ὡς τὸ ἔργον αὐτοῦ
ἔσται.* Unicum a. esse diem iudicii supremi, probatur inter alia ex
*Act. 17. v. 31. Διότι ἔστι σεν ἡμέραν, ἐν ἧ μέλαι κελίεν τῷ δικημῶν ἐν
δικαιοσύνη.* Notent Chiliastæ vocem ἡμέραν singularem, & ne
de alio detorqueant die, observent m. vocem τῷ δικημῶν, quæ
particularitatem iudicii, quale præmittere volunt regno beato
millenario inchoando, omnimodo excludit. *conf. ψ. 30. cit. cap.*
Dies Adventus Christi in carnem & ad suam Ecclesiam N. Test. 10.
jam eo tempore præterit, & nullus alius quàm iudicii univer-
salis supremus residuus fuit. *conf. Matth. 25. 41.* Quicquid autem
sit de variis opinionibus circa hunc supremum diem exoritu-
rum, aliis propter vaticiniorum eventum longè adhuc removen-
tibus, aliis de instanti sermocinantibus, nihil tamen patrocina-
tur Chiliastis, sed hoc absurdum manifestat de iis, repletis o-
mnibus vaticiniis, adhuc intervallum mille annorum restare, &
hujusmodi interseri dilationem temporis novissimi, in quo tan-
tùm initium regni ficti figunt. Et quoniam Adversarii proba-
tionis loco duplicis diei iudicii extremi omnia cumulant illa lo-
ca è sacris literis, ubi Prophetæ de futuracaptivitate Babylon. 20.
Christus & Apostoli de ultimo excidio Hierosolymit. concio-
nati fuerunt, sequetur exinde, non duos iudicii dies tantùm, imò
sed tot, quot inter homines particularia iudicia memorabilia,
clade aliqua & ruina funesta, dantur, adeò plures, addito neces-
sariò ultimo universalis iudicii die, esse numerandos. Denique
Christus inter signorum variorum, Iudicii supremi diem ante-
cedentium, recensionem, regni cujusdam millenarii, beatitudine
tali, quâ describitur à Chiliastis, gaudentis, nullibi mentionem
facit, quod tamen minimè omisisset, si tale Christiani infallibili 30.
certitudine, uti somniant Chiliastæ, expectare debuissent. Quo-
modo autem jam possunt Adversarii Chiliastæ adventum Chri-
sti post somnium de millenaria beatitudine, aut longiùs differre,
cùm Apoc. 22. dicat Spir. Sanctus: DEUM venturum *ταχύ*, v. 20.
quod confirmat juramento Scripturis S. consueto addito: *Ναὶ
ἔρχομαι ταχύ*, non tam ratione modi, quàm ratione temporis

Adventus Christi accepta ultima voce. conf. Apoc. 12. 12. Annon
 hic expressè confutatur, quando cum appropinquante adventu
 Christi conjuncta legitur retributio malorum & bonorum, &
 adversæ partes alium adventum absq; retributione universi ex-
 sculpere conantur, qui præcedat hunc nostrum, & ut propior sit
 expectandus. De tali nihil constat Johanni, ut è verbis dispa-
 lescit. Consentiunt dicta 1. Cor. 10. 11. 1. Petr. 4. 7. Si autem du-
 plicem retributionem velint statuere, unam in millenario regno,
 interrumpendam tandem innumeris miseriis, quibus per extre-
 10. mum mundi finem sublatis, denuò alteram retributionem in
 cœlis inchoari, æternùm duraturã, qualis absurditas retribuen-
 darum felicitatum inde nasceretur, quæ in DEUM quasi incon-
 stantem recurreret. Opiniones insuper de veritate millenæ fe-
 licitatis, futuri judicii extremi ejusque temporis soli DEO reser-
 vatam certitudinis notitiam vellicant. Si enim mille anni aut plu-
 res elapsi fuerint in omni tranquillitate, in omni rerum affluen-
 tia, quis non per hoc spatium cognosceret, finito destinato tem-
 pore felicitatis terrenæ, certo certius incepturũ illud æternæ du-
 rationis Si incolæ regni felicitatis sapientiã, justitiã & sanctitate pol-
 20. lebunt ad imaginẽ primi hominis restituti, ecquomodò univer-
 salis ad eos pertinebit adhortatio sparsim à Christo & Apostolis
 usurpata ad præparationem dignam ultimi Adventus? Sic ziza-
 nia à tritico separabuntur ante venientem messem. Sic omnia
 quæ Christus universaliter prædicit, sicut particularia. Non o-
 mnes resurgent, quia millenarii jam retributionem bonorum &
 malorum indepti sunt: Et denique homines particularem bo-
 nitatis gratiam experientur, cùm non omnibus concesserit illa,
 adire urbem Hierosolymam, illam sedem regni millenarii pri-
 mariam, sed aliis jam uberiori rore gratiæ perfusis in terra, in cœ-
 30. lo demum præstolari, ex solo beneplacito, absque ullo rationum
 intuitu divino; quod quid aliud, quàm injuriam benignissimo
 DEO injungere nunquam tolerandam. Nec effugium patet,
 quasi juxta Psal. 90. 4. 2. Petr. 3. 8. mille anni sint coram DEO,
 sicut unus dies: Propinquitas enim annunciata diei novissimi
 non judicanda est respectu DEI æterni, sed respectu hominum.
 Hanc rationem in mente div. contineri, dispalescit è Matth. 24.

ψ. 32. ubi à naturalibus similitudo sumta , applicationi hominum facillimæ relinquitur, subnexis his verbis: ἔτω καὶ ὑμεῖς, ὅτι ἴδητε πάντα ταῦτα, γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστὶν ἡ ἡμέρα. ψ. 33. Sternitur via ad Epicureismum latissima itaq; recensitis hæctenus & post recensendis sacrarū literarum detorsionibus Chiliaisticis, ut nisi clarior lux nobis ex S. literis affulgeret , non tam proclivitas labendi in Chiliasmum , quàm Atheismum etiam metuenda esset. Vita æterna mutatur in temporalem , Regnum æternum Sanctorum in cælo, in millenarium in terra. Quanquam verum maneat , homines ob incertitudinem temporis & diei mortis 10. seu supremi diei in terra , piâ vigilantiam paratos semper requiri, mentione tamen mille futurorum annorum fit, ut multi, licet illos non attingant vivendo , securitate indormiant. Itaque hæc securitate etiam , quæ sibi mille annos ante iudicium extremum aut multò plures , in iisdem simul totalem conversionem mundi Politiarum, Ecclesiarum & Oeconomiarum imaginatur, aperta sanè interitus janua monstratur, agminatim implenda hominum lapsibus , ob multum temporis adhuc residui pœnitentiæ agendæ, contra fidelem Christi & Apostolorum vocem, ejusque adhuc in tempore venturæ, certò limitato ita diei novissimi 20. tempore. Initium aut finem mille annorum defigentes in præteritis temporibus , inter discrepantes sententias cuicumq; velimus assurgere, nil exinde accedet Chiliastarum promotioni causæ, qui de futuro semper loquuntur, quod tamen, ex ante dictis ut patet, contra sanæ fidei analogiam quam maximè est.

VII. David Psal. 102. ψ. 26. seq. emphaticis utitur verbis, quibus exprimit mundi interitum. Primum statim **אָרְבֵי** peribunt, de homine usurpatum, interfectionem notat, de aliis rebus annihilationem, sublationem, nunquam mutationem rei in melius. vid. Geierus ad h.l. Mundus enim ut initium habuit, sic & finem, ut Kimchi fatetur apud Muis ad h. l. Alterum verbum superadditum, **אֲרָבִים**, mutabuntur, ad majorem emphasin notetur, q. d. vestem aliquis exuit ac mutat, nec tamen in se mutatur vestis; attamen Tu, Deus, ita terram & cælum mutabis, ut etiam ipsa mutantur. Vel ex altera significatione verbi: Transibunt, h. e. prorsus interibunt & evanescent. vid. Muis ad h. l. vel certitudi-

VII.
à mundi
interitu
totali, eoq;
unico.
30.
è Ps. 102.
26. & c.

titudinis causa significandæ, h. e. certò certius interibunt. vid.
 Geierus comm. ad h. l. conf. emphasis verbi $\eta\lambda\eta$ in Hiph. Gen. 31.
 7. 41. c. 35. 2. Job. 14. 7. apud Geier. Comment. in 4. Illud $\mu\alpha\rho\epsilon-$
 2. Pet. 3. 10 $\lambda\epsilon\upsilon\sigma\omicron\nu\tau\epsilon\upsilon$ Matth. 24. 35. explicat Petrus 2. Petr. 3. 10. quod sit talis
 transitus, ubi se res omnium visui subducit, & è statu constitu-
 tionis transit in statum destructionis. $\kappa\alpha\tau\alpha\kappa\alpha\theta\eta\sigma\epsilon\tau\epsilon\upsilon$ dicitur non
 saltem de terra, sed etiam cælo, qualis destructio per ignem pa-
 1. Cor. 7. 31 $\rho\acute{\alpha}\gamma\gamma\epsilon\iota\tau\omicron\ \chi\eta\mu\alpha\ \tau\epsilon\ \kappa\omicron\sigma\mu\omicron\varsigma$. Sicut finitâ
 comœdia schemata personarum deponuntur & planè immu-
 10. tantur, nulla que ampliùs personarum præsentia exhibetur, aut
 rerum; ita non tantùm cadet schema ipsius mundi, utpote The-
 atri, & omnia reliqua vario schemate obvelata, quæ hæctenus
 Agilitate illud Theatrum impleverunt. Apoc. 20. 11. $\lambda\omicron\pi\omicron\ \mu\epsilon\theta\omega\pi\epsilon\upsilon\ \epsilon\phi\upsilon\gamma\epsilon\nu\ \eta\ \gamma\eta\ \kappa\alpha\iota\ \tau\omicron\ \pi\omicron\ \epsilon\chi\prime\ \epsilon\upsilon\rho\acute{\epsilon}\theta\eta\ \alpha\upsilon\tau\omicron\iota\varsigma$. Quæ & sequen-
 11. tia de iudicio extremo cum mundi interitu connexo ipsos Mille-
 narii Autores gaudii confundere possunt, licet præcedere hæc
 omnia suam felicitatem conceptam contendant, hujus tamen
 vanitas è prioribus elucet dictis. Cùm enim alium interitum
 hujus mundi, ante hunc substantialem faciunt, & post illum, in
 20. abolitione AntiChristi & Pseudoprophetæ consistentem, Re-
 gnum ædificant millenarium, tunc indicium malæ causæ & de-
 speratæ exhibent, præter fundamentum Scripturæ S. duplicem
 interitum mundi hujus fingentes futurum, & id de interitu An-
 tichristi 2. Thessal. 2. 1. 8. quem Paulus expressè cum ultimo sub-
 stantiali combinat & extremo adventu Jesu Christi ad Judici-
 um, cùm adversum videatur sent. millenar. nefariè divellentes.
 conf. 2. Thess. 1. 7. seq. Confundere acceptiones mundi vel pro
 hominibus malis, vel pro hoc præsentis statu positas, quod faciunt
 Chiliastæ, aut statum æternitatis ab hoc præsentis descriptum,
 30. juxta verborum propriam significationem, quæ tamen deberet
 esse impropria, explicare, non est probare duplicem dari mun-
 dum. Si mundus, cælum & terra peribunt, concremabun-
 tur, & ita finem sortientur sub adventum JESU CHRISTI se-
 cundum, ubi illa beatæ felicitatis sedes, ubi terreni Regni fines
 & termini describendi erunt? aut hoc absurdum concedendum,
 terram fore æternam, quod sequitur è probatione regni mille-
 narii,

narii è Dan. 2. v. 44. seq. ubi regnum ætern. describitur. Resurre-
ctio mortuorum ne per anni spatium distabit ab hoc interitu,
multò minùs per millenarium, aut diutiùs; ante autem resurre-
ctionem vitæ calamitosæ status undiquaque perdurabit, non nisi
finiendus, quàm sine ipso mundi. Ubi ergò manent Milliarii
regni incolæ?

I. Cor. 15. 24. post memoratam resurrectionem *ἔτι τὸ θεῖον* I. Cor. 15. 24.
dicitur; & tunc tradet regnum Christus Patri suo, non certè re- 24.
gnum cœleste & spirituale, sed hujus seculi œconomicū, quod in
terris habebat. Illud n. est & manet æternum. Igitur nullus locus 10.
adhuc supererit regno illi spirituali, quod Chiliastæ nondum ritè
evicerunt. Oeconomia Regis nostri in Ecclesia hætenùs usita-
ta cessabit quoad modum congruum nostræ infirmitati, cum
suos subditos è valle lacrymarum & peregrinatione ardua loca-
bit in æterni Paradisi viridaria, ad sempiternam, animæ & cor-
poris quietem, è crucis, tribulationum, peccatorum angustiis in
lucis, exultationum & sanctæ puritatis libertatem vindicabit, ea
quæ hætenus verbo & Sacramentorum usu fides Christiana so-
latifluis oblata promissionibus accepit, possidebit olim intuitu
nunquam interrumpendo, omniumque spem largissimâ imple- 20.
tione compensabit. Ita illud ex parte cessabit, & orietur perfe-
ctio consummatissima, quâ loco terræ habitabunt in cœlo bea-
ti, DEUMQUE Trin-unum à facie ad faciem conspicient sine ulla
subrepente oculorum satietate. Quomodò autem Rex noster
tradet regnum millenarium juxta intentionem Chiliastarum,
quod nunquam in se recepit?

VIII. Prob. à defectu sufficientis probationis sent. con- VIII. à de-
trariæ ex loco classico Apoc. 20. Breviter hîc, uberius in seq. cap. defectu suffi-
Posito, tempus adhuc certum indigitari, verbis toties repetitis cient. prob.
(mille) nunquam tamen Chiliastæ ex eo capite declarabunt, ter- sent. contr.
minum à quo regni novi millenarii constituendum esse à tem- ex loco
pore mundi novissimo, prout communis sonat eorum sententia. classico
Vid. Dn. D. PRÆSES in Theol. Polem. p. 193. seq. qu. 1. de Resur- Apoc. 20.
rect. mort. Quod attinet probationē è verbis: (Ligare & solvere
Satanam) illud semper intelligitur in hoc cap. quoad Gentes, &
quidem non omni modo. Tale enim solvere Divin. Bonitati,
sicut

sicut tale ligari Satanæ malitiæ repugnaret, ut *ψ*. 3. 7. 8. expressa litera docet; adeoq; nihil efficitur objectione de hæresibus, persecutionibus, vel à Christianis, vel inter Christianos ab extraneis excitatis. Judicium memoratur animarum in cælo, de quo vid. in cap. seq. plura. Chiliastæ volunt probare inde iudicium particulare Sanctorum anima & corpore constantium in terris, imò ipsius Christi iudicium, cuius tamen demum *ψ*. 10. & 11. cap. 20. Apoc. utpote iudicii universal. meminit, quod ipsi Adversarii negare nequeunt.

10. Si Patrum farraginem placeret adducere, & ex horum a-
 Probatur à gmine insuper adoriri Adversarios, quos sibi deditos in sua ca-
 consensu stra transisse autumant, possemus facili operâ illud conficere, &
 Patrum ostendere apparatus plenissimum, eorum numerum, qui nobis
 præcipuo- adversi videntur, exæquantem, imò superantem. Sed brevitatis
 rum. studio hîc omittimus, quia eruditus Lector plura desiderans, sub
 classe I. Patrum negantium, Christi regnum esse terrenum &
 mundanum, II. classe, unicam universalem resurrectionem, uni-
 cum supremum iudicium, & piorum glorificationem, cum se-
 cundo & ultimo Christi adventu insolubiliter conjungentium.
 20. III. classe, statum piorum post resurrectionem merè spirituales
 & cœlestem describentium; sub IV. piorum perpetuas in hoc
 mundo tribulationes & ærumnolas inquietudines, à quibus ne-
 mo unquam immunis sit, affirmantium; talia deprehendet lu-
 culentissimè. vid. Gerhard. Tom. IX. de Consummat. p. 473. seq.

CAPUT VII.

Continens Vindicias potiorum S. Scriptu-
 ræ dictorum à Strophis Adversariorum.

NON animus est, omnium & singulorum, quicunque se mil-
 lenariæ felicitatis defensores profitentur, deliria & somnia
 enumerare; ea enim quò amplius spatium requirerent, eò magis
 30. illud nœniis & vanitatibus replerent. Sed potiora producemus,
 quæ in re ipsa stabilienda suis hypothesibus occupata sunt, reli-
 quis, quæ comitari solent, vel antecedere, vel subsequi, neglectis,
 utpote

CAP. VII. Continens Vindicias potiorum S. Scr. 65

utpote suâ causâ cadentibus, cùm Dux & principium illis præ-
 scinditur. Πρωτον ψευδῶς enim Adversariorum est, quòd Spiri-
 tum aliquem prælagum sibi appropriant, cujus beneficio vel
 præter Scripturam S. de futura existentia regni millenarii mirâ
 effutiunt, vel si ad normam S. literarum adiguntur, ea dicta, quæ
 singulariter proposito arridere putant, pro lubitu è dictamine
 sui spiritus rapiunt eò, quò Spiritum S. planè sibi solis consenta-
 neum inde exsculpere conantur. Eo itaque valore, quo protru-
 duntur, eo etiam corruunt, & Autores infirmos, melioribus &
 firmioribus non sufficientes, rubore confundunt. Quicquid 10.
 autem sit, quod deblatterant de signis adventus Regni felicissi-
 mi, de totali corporali everfione Antichristi, de universali con-
 versione Judæorum & Gentium, de particulari resurrectione
 mortuorum, de duobus mundis eorumque interitu duplici, de
 duobus judiciis divinis, duobus diebus supremis, uno in fine
 hujus mundi, altero in fine millenarii regni obeundis: Illa tan-
 quam certissimè approbata, assumuntur & præmittuntur mille-
 narii certitudini, cùm hæc ipsa nondum ex ullo S. literarum api-
 ce in hunc usque diem consolidari queant. Taceo dissensiones
 manifestas inter se invicem, & tot jam ab ipsa experientia factas 20.
 confusiones, quæ spiritum falsum, quo agitantur, satis produnt,
 eosque, qui in regno millenario constituendo adeò anxie sunt
 solliciti, & nil nisi quieta, beata, omnibus modis perfecta in eo
 collocant, ab obtinenda possessione excludunt. Illos, quibus
 Cerinthi reliquiæ de voluptuosa, terrena, illicita aliàs felicita-
 te, aut de visibili præsentia Christi in terris, hodiernum placent,
 committimus iis, qui millenariam felicitatem aliquam, sed lon-
 gè alienam à Cerinthi, magisque spiritualibus bonis affluentem,
 quàm corporalibus, & DEI Christi que assistentiam eandem &
 gratiam in terra, propugnant. Communiter Chiliastæ moderni 30.
 se Reformatores totius orbis jactitant, & in aureo seculo, quod
 somniant, pietatem & justitiam incontaminatam ponunt; quâ
 suâ hypothesi non possunt non se separare à Cerinthi obscœnis
 nugis. Et hoc coacti faciunt evidentiâ rei de duplici saltèm ad-
 ventu in S. literis obvio, cum quo posteriori immediatè conjun-
 gitur



gitur supremum iudicium, ante quod millenarium regnum inferre conantur.

Quod Patres Ecclesiæ concernit, ii eò minùs patrociantur, quò minùs adhuc constat de evidenti illorum omnium scriptorum certitudine, è quibus sententia deprompta, & quò magis etiam ex iisdem Patribus, in aliis scriptis eorum, non obscura argumenta occurrunt, quæ genuinæ sententiæ adstipulantur. Quæ Patrum asseclæ imprudenter postmodum multis accessionibus corruperunt, de illis Patres non sunt accusandi, ut de Origene patet. De quibus pluribus actum est cap. III. Et posito, Patres adductos extra controversiam in errore felicitatis millenariæ hæerere, quid inde causæ bonitati deceder, quippe quæ non nititur eorundem, utpote errare humanum à se non declinantium, sed S. Scripturæ infallibilis autoritate.

Esaiam Prophetam primum felicitatis millenariæ ebuccinatorem statuunt Adversarii, è quo haud frustra argumenta seperere, arbitrantur. Quæ enim Alstedius & ex eo Rallius & alii Gen. c. 17. 4. 5. c. 18. 18. c. 27. 40. c. 48. 19. c. 49. 10. 18. 26. Num. 24. 17. Deut. 30 3. 4. c. 32. 36. Neh. 1. 8. 9. Ps. 22. Ps. 86. 9. Ps. 93. per totum. Ps. 110 5. 6. Psal. 118. &c. producunt, illa primariò regno millenario non conducant, sed ut illi quidem putant, hypothesi, quam præmittunt ante regnum beatum millenarium, nempe totali de conversione & congregatione Judæorum & Gentium, imò ejusdem infallibile signum & consequens constituunt. Cui etiam inservientia cumulant priora capita ex *Esaiâ*, quo modo apud Curcellæum in *Institut. Relig. Christ.* lib. V. p. 319. 320. seq. factum, ed. Amstelod. fol. 1675. cap. utpote *Esaiæ* 2. v. 1. seq. c. 11. v. 10. seq. c. 24. 23. c. 25. per totum. c. 26. 1. seq. c. 27. per totum. c. 33. 20. seq. c. 34. 1. per totum. c. 43. per totum. c. 45. 22. seq. c. 49. 24. seq. c. 54. 14. seq. c. 59. 16. seq. c. 60. per totum. c. 63. 1. usque 6. totum. Ad quæ dicta in genere respondemus, ea probè discernenda esse ab invicem; loquuntur enim vel de donis & beneficiis corporalibus Judæorum, scilicèt de multiplicatione posteritatis, reductione in terram Canaan, liberatione è captivitate Babylonica, quæ jam completa in V. T. legi possunt, nec denuò in N. T. complenda quæri debent: vel loquuntur de beneficiis spiritualibus, de vocatione Gentium per prædicationem Evangelii

gellii N. T. tempore instituendam, & de promissione æternæ vitæ in cœlesti gloria. Posteriora jam initium fecerunt, & continuantur usque ad finem mundi, usque eò, quòd spe in rem, è promissionibus in exhibitiones licebit transgredi. Illa multiplicatio seminis Abrahamo & Patriarchis ab eo descendentes promissa, effectum dudum consecuta suum, uti patet è 1. Reg. 4. 20. Esa. 10. 22. & complementum subinde superadditur, quoties è Judæis & Gentibus ad gremium Ecclesiæ veræ matris verâ acceptâ fide accedunt. Nec negari potest, quædam vaticinia de corporalibus bonis tùm omnibus hominibus, tùm alicui nationi ^{10.} assignatis, complecti etiam spiritualia, sensumque mysticum, typicum, symbolicum, allegoricum non excludere, aliàs si omnia crudè, prout jacent, absque ulteriori scrutamine mentis Spiritus S. acciperentur, Hierosolymam denuò resuscitandam è cineribus, sacrificiorum formam corporalium iterum redintegrandam fore, quod cum excæcatis Judæis esset delirare & N. T. quod V. T. ceremonias abrogavit, sublaturum velle. Ea dicta, quæ hanc opinionem homini persuadere possent, quando nimirum status Ecclesiæ N. T. descriptionibus V. T. delineatur, officium Christi spirituale cum Levitico adumbratur, hunc potiùs scopum te- ^{20.} nent, ut harmoniæ V. & N. T. pulchritudo exinde dispalescat. Nec mirum, quod viris à Spiritu S. agitatibus ita placuerit; aliis enim locis futuram vitam in æterna gloria describunt verbis & conditionibus præsentis mundanæ vitæ, non ut omnia iis adæquata judicent, sed ut ex infimorum contemplatione ad tantò majorem præstantiam sublimiorum intellectum evehant.

Si modò consideretur prima omnium promissio de Messiaë beneficiis Gen. 3. 15. data, de Semine mulieris contrituro caput Serpentis, illa certè non nisi de spiritualibus, de liberatione è peccatis, morte, Satana explicanda, reliquorum etiam vaticinio- ^{30.} rum Prophetarum, tanquam ex illo fonte, velut rivuli, fluentium, sensum monstrat, quæcunque de beneficiis Messiaë prædicant. Et spirituales cogitationes inculcant ipsimet sæpè Prophetæ, uno aut altero inserto vocabulo, quod à terrenis ad cœlestia abstrahendum monet. Psal. 45. 14. Ezech. 40. 2. Sponsæ pulchritudo depingitur in illo loco non ad extra, sed ad intra præ-

cellere: In hoc civitas ad Austrum sita describitur, quæ cum terrena Hierosolyma stare non potest, ut quæ ratione montis Sion non ad Austrum, sed ad Septentrionem spectabat.

Denique illa dicta, quorum completionem nondum in omnibus factam judicant Adversarii, illa secundum orthodoxorum mentem, quoque inchoationem in hac vita præseferunt, consummationem differentia non in aliquod terrenum millenarium regnum, sed in regnum vitæ æternæ nunquam terminandum. Deus enim ut bonus Paterfamilias non omnia omnibus simul & semel eodem tempore distribuit, sed promissis de futuris servos ad ulteriorem observantiam præceptorum allicit.

Alstedius in tract. de mille annis Apocalypt. Rallius in halcyon. Eccles. juxta mentem Petri Launæi, Amyraldi acie constricti, primum & palmarium locum judicant cap. Esai. 65. v. 17.

I. *Esai. 65. 17. Quia ecce ego creans cælos novos, & terram novam: & non memorabuntur priores, nec ascendent super Cor.*

Conjiciunt insuper Adversarii viam stratam ab *Esai. 60. cap. ad ingrediendum hoc beatum regnum parari, licet Curcellæus & alii non diffiteri possint, communiter explicari illud de statu Ecclesie Christiana in his terris inchoando spirituali, & transferendo in cælestem semper duraturum, de quo Apocalypsis nonnulla repetit cap. 21. 22. Nec dicta posse propriè intelligi, quæ de Sole & Luna habentur, absq; expressa contradictione, quam statuit etiam Curcellæus è v. 19. & 20. & ut per ὁ ἄρτος πρὸς τὸ πρῶτον Curcellæi assumamus antequàm Launæi: Et hoc responsum sibi habeat ipse Curcellæus, eandem rationem impropiam obtinere in iis verbis v. 10. ut exinde non opus pro regno spirituali in terris inchoato illud somnium arripere de millenaria felicitate. Sol enim etiam & Luna omninò nullum amplius lumen præbentes, quando cum interitu mundi aspectabilis eorum simul interitus appropinquabit, non possunt occidere amplius aut lumen rursus postmodum amittere, supplente vices luminis æterni (ὁ ἄρτος) ipso Domino æterno, prout verba v. 19. 20. plana exhibent, regnum in cælis futurum æternum, non in terris millenarium describentia. Nuspiam in S. literis statum talem omnibus modis beatum & pacatum suis promisit Deus, sicut v. 18. cap. 60. Esai. & anteced. versus pluribus*

bus demonstrant, sufficit quod in cœlis eventus luculentissimus Prophetiæ occurrat. Et ita millenarii regni defensores proinde frustraneam operam impendunt in eruendo complemento adhuc in terris.

Jam idem etiam valet responsionis loco ad Launæi è cap. 65. Esai. v. 17. 21. & Rallii, quod extat pag. 33. cit. lib. cap. VII. ed. Genev. argumentum petitum: *Status Ecclesiæ est vel beatorum, vel viatorum. Non beatorum, quia non convenit cum verbis Esai: E. viatorum.* R. enim non inhærendum proprietati verborum adeò pertinaciter contra intentionem Spiritus S. quam ipse in- 10. digitat 2. Petr. 3. 13. Apocalyps. 21. 1. ubi verba citata de Ecclesia Christi triumphante in cœlesti beatitudine exponit: atque ita quàm maximè conveniunt verba Esaiæ statui beatorum. Deinde non ferire id, quod intendunt Adversarii. Nostrates enim etiam concedunt de inchoatione spirituali in his terris, in statu viatorum, sed non in tali millenario, qualem cum petitione principii involvunt illi. Certi sumus in fide nostra, statum beatorum non alia in substantia & naturâ offerre, quàm facit status beatorum, sed alia saltem in modo & circumstantiis, & sic opponi aut contrariari non omnimodò duos status sibi invicem, sed amicè 20. subordinari & alterum alteri succedere. Ipse Esaias cap. 66. v. 22. seq. sua verba magis explicat, quod satis ante jam quoque factum, & similia verba ponit de novo cœlo & terrâ, in quantum ea non millenariæ felicitati, sed æternitati attribuit, quæ piis Sabbathum æternum, impiis autem vermem nunquam intermoriturum & ignem inextinguibilem pollicetur.

Nec obstat: *Ecclesia viatorum est vel ante vel post natum Christum, eaq; post hunc vel præterita vel futura. Status felix, qui describitur à v. 17. usque ad finem cap. 65. non fuit Ecclesiæ ante Christum, nec post eum præterita. Adversa enim ejus reclamant, E. futura.* R. Concedi rectè posse de futura in vita æterna Ec- 30. clesia, qualis divisio solùm Scripturæ nota est, & confirmatur è v. 18. ubi gaudium sempiternum (עוֹלָם עוֹלָם) seculum seculi, nominatur civibus illius regni largiendum, quod in futura millenaria & definita beatitudine locum habere non potest. Et sic de futura in terris sequitur minimè. Si hoc evicerint & monstraverint



Adversarii è S. literis, DEUM promississe talem omnigenam, nulla tristitia contaminandam, felicitatem adhuc in terris expectandam, tum habebunt, quod inaugurationi regni illius millenarii possunt gratulari. Quamdiu autem hoc non fiet, fiet autem id nunquam, quia, ut dictum, Scriptura S. nullibi talia profert, tamdiu arenæ insistit, quicquid ædificant in regno illo phantastico.

Nec impedit, quod Rallius *de duplici sensu Scripturae S. replicat.* &. Nonnulla enim verba de spirituali, nonnulla de cœlesti statu loquuntur, & in quibus mysticus sensus convenit, è literaliter elicitur & oritur, non contrariâ, sed subordinatâ ratione se habens. conf. Pl. Rev: PRÆSES Dn. D. Rudrauff in Theolog. Polem. p. 5. qu. 6. de Script. S.

Ipsi Adversarii è *ψ. 20.* confutationem reperiunt somnii sui, quod ibi corroborare student. Annon pugnant cum statu illo felicitatis millenariæ in terra mors & maledictio, quæ pueris centum annorum & peccatoribus obtingat? Annon continuata applicatio apparet, quòd pueri centum annorum, qui scilicet nihil in regno spirituali in tempore didicerunt, sint æternâ morte mulctandi & maledicendi in altero tempore, non nisi ab æternitate terminato.

Futuram æternam felicitatem intelligi, apparet quoque è *v. 21.* in quo mentio fit perfectæ beatitudinis, sensu mystico oppositæ maledictioni, quam DEUS Deut. 28. peccatoribus interminari solebat in his terris. Versus sequ. continuat benedictionem in oppositione desumptam ad terrenam maledictionem, quali DEUS immorigeros punit.

II. Secundum locum confirmantem petunt è Daniel. cap. 2. *ψ. 44. 45.* coll. cum *ψ. 35.* P. Launæus, Rallius in tract. cit. p. 34. loco 14. Curcellæus in Institut. Christ. Relig. p. 321. Autor libri de regno glorioso in terris p. 1. cum notis Apocalypt. Amstelodam. 1657. edit. qui creditur esse Daniel Brenius, Socinianus. Johannes Coccejus. de quo post. vid. Specimen Theolog. Hypotheticæ, vulgò dictæ Coccejanæ, ed. Lugd. Batav. 1678. 8. ab Anton. Hulstio S. Th. D. & Collegii Regente. p. 278. & c. p. 291. & c. verba ita:

ψ. 44. è ver. B. A. Mont. *Et in diebus eorum regum ipsorum,*
suci-

suscitabit Deus cœlorum regnum, quod in secula non corrumpetur, & regnum ejus populo alteri non dimittetur: Comminnet & consummet omnia ista regna, & ipsam stabit in secula. v. 45. Quod de monte abscissus est lapis, qui non in manibus, & comminuit ferrum &c. v. 35. Et lapis, qui percussit statuam, effectus est in montem magnum, & implevit omnem terram.

Ex his triumphum ante victoriam canunt Adversarii, ingeniantes è v. 35. *Q. regnum implebit totam terram, illud est in statu viatorum. Regnum spirituale Christi. &c. E. Maj. Si enim Spiritus S. voluisset loqui de statu beata patria, tunc verba debuissent sonare: Et replebit cœlum. R.* Conceditur omninò de Regno spirituali œconomico, ut solet dici, Christi, quod cives suos in his terris subditos, tandem etiam in cœlis gubernat, quod etiam prædicatione Evangelii, tanquam mons magnus erectus, implevit universam terram. Sed quid hoc ad regnum millenarium, quod semper incrustant sub statu viatorum? Evidentia vocis, (*ÆTERNUM REGNUM*) convicti, aliam significationem affricarent tamen conantur, quando excipiunt; *Æternum illud sumi apud Danielelem, non, quod omnem finem respuat, hac ratione enim non conduceret Regno Chiliastico, sed quod aliquem admittat, est longissimè remotum. Idq. volunt probare è 1. Cor. 15. 24. Tôtè dè ré- &c. R. vocem (ÆTERNUM REGNUM) apud Danielelem retineri in eo significatu, quo omnem finem respuit, idque non contrariari Regno Christi œconomico in his terris incepto, & in cœlis perennaturo. Lucas cap. 1. testatur: Regnabit super domum Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis: his verbis Christi regnum æternitatem admittere. Hic significatus nobis arridet. Nec enim mens est Pauli, Christum non amplius regnaturum, cum dicit; traditurum Regnum Patri, sed saltem alium modum gubernationis tunc Christum in suo regimine auspicatorum, mutatâ conditione subditorum, non autem Regis, qui regnabit in æternum, quanquam non œconomicè.*

Instant: *Regnum spirituale Christi œconomicum non posse intelligi, quia nunquam omnia alia regna contriverit, aut in fine mundi fecerit; quod affirmandum aliàs de eo putant juxta Daniel. R. ex antecedentibus elucescit, Regnum Christi in his terris non*

confi-

consistere & ingredi circum externi fulgoris & apparatus mundanæ gloriæ aut potentia, ita ut se ostendet μετὰ τοῦτον Φαρισαίου. Si tali modo expectant Millenarii, tunc concedi eis potest, Christi regnum nondum omnia contrivisse, sed futurum illud suo tempore, cum de cœli nubibus cum gloria & majestate se conspicendum præbebit toti orbi DEI Filius. Interim tamen vim suam exeruit, licet occultatam à cœcis hominum oculis in regno suo œcumenico, & quod juxta Ps 110. *Dominare in medio hostium tuorum*; & Psal. 2. *Conteres eos virgâ ferreâ, sicut figuli vas*
 10. *constringes eos*; in terra inchoavit, continuabit in cœlo, quò illustriorem modum regni sui Christus ingredietur. Cur Adversarii perspicaciores videri volunt ipso Daniele? Qui tacet de modo Regni, sufficit ei de re dixisse. Unde habent; Christi regnum ita comparatum fore in subjugatione reliquorum regnorum aut eorum contritione, sicut Alexander cum Persis processum instituit, aut Cyrus cum Babyloniis? Qui paulò intimiùs considerabit Christi regnum, ejusque œconomiam, ille in defensione & mirandâ sæpe liberatione τὰς ὁδοὺς Θεῶν ἀνεξιχνίαστος & ἀνεξέρευν-
 20. *νητὸν τὰ κείμενα αὐτῶν* conspiciet, ac verissimè competere Christo, æternæ DEI sapientiæ id, quod Prov. 8. elogiū ipsius est: ψ. 15. 16. *Per me Reges regnant, & Principes principatum habent.* cap. 21. 1. *Corda ipsorum in manibus Eius sunt, ut rivuli aquarum. flectit ea, quocunq; vult*: Et non negabit potentiam exercitatissimam in Christi regno œconomico.

Frivolum est, ad impletionem vaticinii consummatissimam in fine mundi, quod excipit Curcellæus, *nihil esse singulare, si mundo pereunte, omnia etiam ejus imperia aboleantur, cum id aliter fieri nequeat.* R. Quasi Daniel nihil singulare debuisset vaticinari, præter regnum illud mirabile millenarium implendum!
 30. Quasi DEUS sub consummationem seculi planè nihil ageret, & omnia causis secundis naturalibus plenè permetteret! Illi ultimi dies horum Regum à Daniele ψ. 44. nominati initium sumunt cum N. T. temporibus, & terminantur in vita nunquam terminanda. Ita enim durabunt tempora illa, usque dum æternitas ea excipiet, nullo relicto spatio temporis millenario.

Volunt concludere Adversarii etiam à destructione visibili
 Regni

Regni Romani ad edificationem visibilem regni millenarii. Sed quæ hæc sequela? Si iterum regnum redintegrandum erit terrenum, quid differet à Romano Imperio, quod ante tale fuit? Daniel autem aliud regnum DEUM auspiciaturum tradit, vocabulis longè distinctivis, v. 44. Et ubi locus relinquetur regno millenario, si, prout Daniel VII. cap. recenset, regnum quartum, quod Romanum designat, durabit usque ad consummationem & extremum iudicium? Nullum effugium patet, quàm fingere duo iudicia extrema, duos fines mundi. Sed fingunt.

Instant: Foretamen aliud aliquod regnum, quod ab orbe ^{10.} condito nondum fuerit. &c. Dist. inter regnum ipsum, & regnandi modum. Priori modo fuit ab initio mundi, nec aliud & aliud factum, sed posteriori modo aliud videtur sub Lege, aliud sub Evangelio. Hujus posterioris initium describit Daniel, & promovet in regnum gloriæ æternæ.

Porro in subsidium vocatur Daniel ejusque caput VII. ^{III.} Dan. VII. v. 18. 22. 27.

v. 18. è vers. B. A. M. Et suscipient regnum sanctorum altissimorum, & possidebunt regnum usque in seculum, & usque in seculum seculorum. v. 22. Et regnum possidebant Sancti. v. 27. Et ^{20.} regnum, & potestas, & magnitudo regnorum subter omne cælum datum est populo sanctorum altissimorum: regnum ejus regnum seculi, & omnes potestates ei servient & obedient.

E dictione (sub cælo v. 27) existimant, non posse aliud regnum, quàm terrenum, & quidem illud millenarium intelligi. &c. autem consequentia verba ut & antecedentia circumstantias Regni illius Sanctorum satis depingunt, & tempus denotant, quando florem illud suum indepturum sit. Post factum enim iudicium & æternitatis initium talia proponuntur de Regnis, quæ olim sub cælo, non denuò sub eodem subsistebant. Si adeò ^{30.} acriter pugnare velint pro regno terreno, quia mentio hîc fit sub cælo, concedendum illis & hoc erit, cælum non interiturum, cum regnum tale æternum describatur hîc loci, quod tamen aliàs non sentiunt. Nec opus illo, quod objiciunt. Si itaq; Regnum Christi gloriosum in terris tantum sit unius diei, videlicet ultimi, quo juxta nonnullos omnia oportere perfici, quomodo possit

K

dominans



dominium sancto populo omnium regnorum, quae sub caelo sunt, tradit
 & conferri, cum alia etiam adhuc eodem die peragenda restent; &
 quid profit collatio sceptrorum per unum diem gerendorum? Resp.
 quis enim unquam orthodoxorum hæc statuere posset, nisi vel-
 let ipsum simul Chiliaismum introducere? Tam anxii ex hoc
 conspiciuntur Antagonistæ in extruendo Idolo regni millenarii,
 ut illud intrudere velint, etiamsi diem unicum non superatu-
 rum. Quando traditio regni Sanctorum incipiet, incipiet simul
 ipsa æternitas & gloriosa majestas DEI magis elucescet in poten-
 10. tia, cui nihil obstat in terra hætenus, tanquam alienâ sede,
 multò minùs in cælo, tanquam propriâ sede & in patria, tunc
 apparebit fidelium dominium, quod ex Apocal. 2. promissum
 hîc inchoatur & etiam consummatur.

E v. 18. non possunt negare, regnum describi, quod duret
 in secula seculorum; inferunt autem, *Prius antecedere aliquod*
regnum, quod per secula, i. e. in terra per millenarium se exten-
dat. R. & ex hoc nihil juvat eorum causam. Non enim Da-
 niel millenarium illud regnum in secula futurum prædicat, quod
 nescit, & absque probatione sufficienti hîc inseritur ab Adversa-
 20. riis, sed regnum Christi spirituale, quod in terra cum fidelibus
 habet, transplantandum in Æternitatem.

Considerentur modò illa verba emphatica originalia de
 duratione Regni, & componantur cum illo, quod finito mille an-
 norum intervallo simul finietur, & quod non exiguam interrup-
 tionem pati debet in fine annorum, donec & illa superatâ, æter-
 nitas incipiet cælestis.

IV. Apocal. cap. 20. arripiunt, in quo regni descriptionem &
 Apoc. 20. durationem è sensu suo delineatam existimant. Dedit hoc au-
 2. 3. 4. 5. 6. tum veterum & novorum Chiliastarum, ansam dubitandi de
 7. autoritate canonica hujus libri, uti de Ecclesia Græca id testatur
 30. Euseb. lib. 3. Hist. Eccles. cap. 21. 22. imò planè rejiciendi, quasi
 à Cerintho hæretico profectum Euseb. l. 7. H. E. p. 24. Sed manet
 in ordine librorum, quamvis secundi ordinis Canonicorû N. T.
 utpote de quo dubitatum in primitiva Ecclesia ratione Autoris
 secundarii aliquando, non primarii Spiritus S. quem κειθηεις
 S. Scripturæ interna latis demonstrant. vid. Gerh. L. de Script. S.
 Exeg. p. 306. seq. Apoc.

Apoc. 20. v. 4. Et vixerunt (anima) & regnaverunt cum Christo mille annos. v. 5. & reliqui mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille anni, hæc est resurrectio prima. v. 2. Et ligavit (Angelus) eum Satanam mille annos. v. 3. & coniecit eum in abyssum &c. ne amplius seducat gentes, antequam mille anni finiantur; & post hæc oportet illum salvi modico tempore. v. 6. Regnabunt cum eo mille annis. v. 7. Et cum consummati fuerint mille anni, solvetur Sathanas de carcere suo.

Rallius lib. cit. p. 41. &c. Alstedius l. c. p. 67. seq. Curcellæus l. c. p. 326. seq. Brenius l. c. p. 100. &c. argumenta inde extru- 10.
cta cumulant, quæ autem singula nexum habent ad *ἡλικίον* id, quod nondum concessum Adversarii pro tal agnoscunt. Dicunt: Regnum mille annorum vocari, contradiſtinctum æterno in cælis auspicando, E. regnum millenarium in terra designari. &c. ex ipsis illorum hypothesibus nondum constat de unitate sententiæ circa millenarium numerum, quomodo E. definitum tempore regnum exinde in terra fundare possunt? Quemadmodum Hulusius Coccei computum è Daniele & Apocalypsi depromptum deridet, quod nimis fefellerit, & si adhuc superstes esset, eum ad centenarium extenderet, uti de Rothio factum refert. Tempus 20.
enim septimæ periodi Coccejanæ ad eò contrariari prædictionibus, ut loco felicitatis & quietis turbulenta belli & malorum agmina undique cingant Belgas, ab Anglo & Gallo primò excitata & continuata ab hoc usque in præsens. vid. Specim. Theol. hypothec. p. 305. 306. seq. Deinde dicimus, ex toties facta repetitione τῶν ἡλικίων ἐτῶν in hoc cap. & quidem semper cum præfixo articulo, designari certum numerum, & quidem illa τὴν ἡλικίαν ἐτῶν ligationis Satanæ, secundum comunem calculū, ab Imperio Constantini M. post A. C. 300. incipere, quo terminus cessantis seductionis Gentium figendus est, & finem sortiri in A. 1300. 30.
quo Ottomannica rabiosa progenies se protulit, in cuius spatii decursu Satanam ita quievisse, ut non sanguinolentis ad eò maximis, continuis persecutionibus, quales sub Imperatoribus Gentilibus primis III. seculis semper suscipiebantur, sed saltem astutis hæreticorum seductionibus operam dederit, cessans à seductione Gentium, & eorum truculentis machinationibus



tionibus contra Christianos, non tamen à seductione eorum, qui in medio Christianorum se extollentes, dissidii flammam aluerunt. Hâc igitur ratione jam præterit illud millenarium tempus, nec ampliùs expectandum. Alter millenarius sanctarum animarum, quæ vel è corpore à Gentilibus violentâ morte turbatæ, vel quæ à Papizantibus & Mahumeturientibus hæresibus se incontaminatas, beatâ morte solutas, in manus Salvatoris exhibuerunt, quæ ipsæ dicuntur regnâsse cum Christo, idem est cum ligatione Satanæ, ita tamen, ut hic millenarius elapsus non
 10. simul regnum Sanctis adimat in cœlo, ubi sunt, & non in terra, sed determinet furorem Satanicum, qui requiescere debet ab universali in terra persecutione, cujus intuitu regnans gaudium sanctis accommodatur, quod ulterius apud eos duravit.

Quid autem jam patrocinetur Chiliastis? cùm cap. 20. loquatur de animis solum in cœlo regnantibus, non de sanctis corpore & anima constantibus in terra, quales incolas regni sui Adversarii constituunt.

Instant tamen è factâ mentione v. 4. 5. 6. *vita & prima resurrectionis, non solas animas, sed etiam corpora resuscitata illud regnum ingredi millenarium.* R. ex emphasi vocis, ἐζησαν, quæ habetur in textu v. 4. contrarium patet. Animæ in cœlo vixerunt, non revixerunt, quod posterius ad corpora trahi posset, si daretur in textu, ubi non legitur ἀνεζησαν. Tyranni equidem fortè opinabantur, animas cum corporibus fidelium mortuas, finem quoque vitæ facere; sed Apocalypsis melius informat; à τῶν ὄντων enim statim promventur ad beatitudinem æternam cap. 14. non in millenariam, & ex hâc in illam.

Pergunt è v. 5. à positâ mortuorum reviviscentia concludere ad reviviscentiam quoque Sanctorum concedendam. R. Particula
 30. (donec) juxta ipsorum nonnullorum mentem, Seb. Majeri in Apocal. p. 86. ed. Tig. 1603. Aretii in N. T. p. 2619. Parei in Apocal. p. 1095. non notat terminum temporis, sicut Piscator vult, sed illimitatum & infinitum, imò simpliciter negans tempus, sc. (Nunquam) reviviscent mortui. E. ex hoc non surget regnum millenarium. Porro sicut de viventibus animis v. 4. ita hîc v. 6. de mortuis, nempe spirituali morte, quâ in Paganismo, vel in
 Chri-

Christianismo, hæresibus papizantibus & Mahumetizantibus infecto, aut mala vita deturpato, obierunt, quam excipit mors æterna, mentio fit. Si autem de corporibus simul vellent accipere, negarent impiorum resurrectionem prorsus. Facit itaque hoc nihil ad meditatam resurrectionem corporalem Sanctorum ad regnum millenarium ante universalem resurrectionem. Quia post mortem nulla datur redemptio amplius aut pœnitentia, ut ipse Curcellæus fatetur p. 326. mortui illi spiritualiter (donec) id v. 5. satis explicant, idem valere, ac Nunquam, & hoc sensu v. 4. & 5. accipiendum esse de vita Sanctorum & morte impiorum ^{10.} nunquam cessatura. Nullum itaque fundamentum è vocabulo (donec) apparet pro regno millenario statum inando.

Exinde cadit etiam objectio *de duplici resurrectione corporali, quam è v. 6. extorquere volunt.* R. enim; Sanctæ animæ reviviscunt & vivunt spiritualiter, qualem in terris agebant vitam, & in eas mors secunda æterna non habet jus, sicut jus habet in impios, qui è morte spirituali in æternam transportantur; sed vitâ æternâ fruuntur cum Christo Rege Regum. Spiritualis illa resurrectio dicitur prima, quia vel nobiliorem partem hominis primariò concernit, nempe animam, quæ conversionem, medi- ^{20.} ante DEO, in corpore operari debet; vel quia fit in prima & naturali vita, & quia præcedit resuscitationem & reviviscenciam ad gloriam æternam. Quid autem hæc & primam & secundam resurrectionem corporalem constituere possunt?

Coccejus ex Apocal. cap. 7. v. 9. 13. & c. à tempore, situ & ha- ^{Apoc. 7.} bitu cives regni Chiliaistici delineat, 1. quòd venerint ex magna af- ^{v. 9. 13.} flictione. 2. quòd palmas gestarint. 3. quòd induti stolis albis. 4. quòd laverint stolas in sanguine agni. 5. quòd stent ante thronum. 6. quòd DEO serviant. 7. quòd DEUS obumbret eos, non amplius esurientes aut sitientes, Solis aestu non tactos, serena facie, ^{30.} absterfis lacrymis, pollentes. Et has circumstantias convenire autumat potius regno terreno, quàm cœlesti. R. Maximè verum esse quod de se Coccejus scribit in præfatione ad Apocalypsin: Non multos fortassis esse, qui talia antea dixerint. Adeò omnia, novitatis studio pruriunt, ut, quicquid in Apocalypsi aliquo modo hûc se cogi patitur, id omne pro convenienti apprehendat.

Septimam periodum illam felicem è septem visionibus Apocalypseos, septem epistolis ad totidem Ecclesias, septem tubis, septem sigillis, elicere allaborat, de quibus prolixè conferri potest D. Anton. Hulsius lib. cit. p. 321. &c. 329. 365. &c. Quod 1. concernit notam civium, ad oculum patet, eam terminum à quo ponere terram, & ad quem cœlum. Quâ specie Coccejus autem negare potest de terra afflictiones, quibus plena est, quamdiu terra vocatur? & tamen in ea vult regni beatitudinem collocare. Quod 2. 3. 4. notas attinet, eæ explicandæ è nota 5. quæ est stare ante thronum Agni, sed qualem? In cœlo. Apocal. c. 4. v. 2. Johannes ita vidit, non verò in terra. Cui potius deneganda fides? Coccejus cum descriptione à rebus terrenis desumptâ metaphoricè, cedere non vult, sed ponit in terra: Johannes expressè autem in cœlo. Annon Coccejus è nota 7. seq. perspicere potuit, notam 6. non reluctari futuro beato statui æterno. Illud enim servire die & nocte non tempus per Solem & Lunam distinctum denotat, quale in his terris datur, & olim sublatum erit, sed incessantem cultum, prout dies & noctes, quamdiu terra durat, incessanter sequuntur, & sicut hîc talis indefinens cultus injunctus est, ita etiam ibi præstandus.

Nec effugium Coccejo patet, quando *per stare ante thronum Agni, intelligere vult justificationem coram DEO*: præ luce enim veritatis sese ad has tenebras confert. &c. Sic ergò sancta illa membra regni millenarii antea nondum erunt justificata coram DEO, quomodo ergò illud ingredi aut in id regnum recipi potuerunt, aut si justificata coram DEO, quid novi accidet illis in novo regno, quod non possederint antè? Et hîc peculiariter sibi placet Coccejus, quòd locum Apocal. 20. cap. intactum ferè relinquat, præter morem cœterorum Chiliastarum, ita ut hâc speciosâ ratione se eximi velit. Sed loco unius hujus loci, Chiliastarum receptaculi, quærit in universa Apocalypsi, imò in tota S. Scriptura latibula, quod factum multò pejus prioribus audit. Postremum membrum cap. 20. de resurrectione mortuorum & judicio universali non potest sine strophâ dimittere, quâ illud ad antecedaneum quoddam judicium Spiritus S. & resurrectionem spiritualem à peccatis detorquet, transitum sic paraturus in regnum mille-

millenarium. R. v. 12. 13. tale iudicium describitur, quale verbo & Spiritui S. in œconomico Regno non competit. Communi approbatione Chiliastarum statuitur, tunc demum universalem resurrectionem corporalem fore, quando mare, mors & infernus mortuos reddent, & in iudicio divino cuique secundum opera justitia assignabitur. Hoc autem fit v. 13. 18. ubi ultimus sermo est de loco ardente, quem occupandum habeant impii. E. non de spirituali iudicio & resurrectione usurpari potest, cui *κρητῆρα* hinc notanda nunquam competunt. Hæc spiritual. vivos tantum, illa corporal. mortuos quoque: hoc salutem aut da- 10.
 mnationem in futuro, illud in præsentis exhibet. Non memorabo interpretationem absurdam, quæ inde manat, verborum: Dedit mare mortuos, h. e. non impedit mundus, ut verbum DEI audiant & reviviscant in peccato mortui. vid. Hulsius cit. lib. p. 436. seq.

Concludimus dicta ad cap. 20. Apocal. addito hoc, Caput citatum sequi ordinem non temporis, sed visionum. Quâ distinctione observatâ, plura, quæ speciem præ se ferunt, evanescent. conf. Dannhauerus in *Αἰτίαι Χριστοφίας* p. 380. Plura deinceps ad libell. de Chiliafimo sancto. Progreditur Cocceius ad cap. Apoc. 21. 1. *ubi sermo est de novo cœlo & nova terra, prioribus interitu sublatis.* R. in præcedentibus Cocceius terram elegit sedem regni felicissimi, in hoc autem capite audit, illam terram periisse; pereunte autem hoc corruptibili, succedit incorruptibile cœlum & terra æternæ durationis beatissimæ. Ubi ergo pedem figet? Hoc cœlum novum & terra nihil aliud sunt, quàm qualiter Petrus 2. Epist. c. 3. 13. efformat quæ regno alicui terreno minimè competunt, sed ei, ubi iustitia sine imperfectione habitat & nunquam emigrat. 20.
 Apoc. 21.
 1. & 6.

Apparet etiam, rem esse h. l. Johanni cum regno glorioso 30.
 in cœlo, utpote qui (fugere) repetit prioris cœli & terræ, quod cap. 6. 14. c. 16. 20. tremendum insequens DEI universale iudicium exprimit. Nullum E. locum habet regnum terrenum amplius millenar. v. 2. cit. cap. 21. Apocal. *quia legitur Hierosolyma nova descendisse de cœlo. E. sedes hæc novi regni erit in terra, infertur.* R. si ita terreno more imaginari sibi pergant, dicendum quo-

quoque : Ecclesiam prius fuisse in cœlo , quàm in terra : Quod absurdum ipsi Adversarii repudiant. Non hîc descensus localis exprimitur , separatus , realis , qualem Chiliastæ exoptant, in terram. In visione enim fuit Johanni, non in re ipsa ei oblata nova Hierosolyma , quatenus descensu tali imaginario de cœlo Johanni Idea repræsentabatur , ubi reperienda erat, quia autem Johannes tunc temporis adhuc militabat in terra , respectu hujus conceptus se accommodabat , & ita de cœlo descendere dicitur in terram. Nulla autem sequela inde manat & manet
10. pro terreno regno millenario.

Quæ in subsequentibus verbis occurrunt, illa omnia Cocceius associat *statui terreno beato* , ex hâc ratione, quia aliàs adimeretur omnimodè consolatio Ecclesiæ in terris impertienda. R. dist. inter universalem continuam, & omnibus numeris perfectam DEI consolationem, pacem & beatitudinem Ecclesiæ promissam , & inter aliqualem interruptam & imperfectam ratione nostri. Hæc conceditur in his terris : Illa autem soli æternitati vindicatur. Injuriam itaque facit Cocceius, non rectèposito statu quæstionis ; Nemo enim aliqualem & inchoatam beatitudinem Ecclesiæ in his terris denegat. Si enim ea, quæ
20. commemorantur cit. cap. omnia in terris implenda putaverit , constituet Ecclesiam ante plenissimam victoriam triumphantem.

Ad ψ . 22. R. aut erit Cocceio concedendum, si ex ea regnum in terra velit ædificare ; Agnum vel Christum descensurum in terram : quod ipsi inter se Chiliastæ negant : aut quia agnus hic & ejus thronus in cœlo , etiam regnum ibi ejus statuendum. Anne ea forma redibit regni, si non templum habuerint, qualis extitit tempore persecutionum primitivarum?
30. Sed hæc beatitudini fictæ in terreno regno repugnant, ut & pariter illud, si existimaretur, nullos planè conventus fore. Res ipsa autem pro nobis stat & clamat , desitutum tunc in cœlo Ecclesiæ ceremoniarum jugum & Sabbatum æternum in plenissima libertate perennaturum.

Ad ψ . 23. R. ipsum Cocceium non posse negare , in regno Chiliastico opus fore Sole & Luna , nam eorum abolitionem
nem

nem statuunt Adversarii communiter post exactum millenarium regnum. Hic autem talis urbs & conditio sedis regiae in effigie quasi contemplanda est, quæ caret Sole & Luna &c.

Si omnia citati cap. ad regnum terrenum detorqueat, quid fiet cum v.8. qui tamen non ingredi debet descriptionem regni beati illius, juxta Chiliastarum hypothesein. conf. v.8. Hic v.8. explicationem nostram confirmat de statu Ecclesiae in cælo triumphante, tunc enim ex adverso judicium exercebitur ibi prædictum.

ad v.27. &c. de notoriis sceleribus rem probatam esse, ea ro. non reperienda existimare Chiliastas in suo regno, interim tamen veritatis adactos vigore, concedere, hypocritas in eo dari. Quomodo autem hoc cum vers. cit. conveniat, ipsi dispiciant.

Etsi cap. 22. Apocal. nihil promittit Chiliastis, v. enim 5. regnum adducit durans in secula seculorum, εἰς τὰς αἰῶνας τῶν αἰῶνων, concludit tamen Coccejus illud admonitione quâdam generali, ad sectandam justitiam & veritatem Ecclesiae N.T. in terris, juxta typum novae Hierosolyma, ut cujus intuitu planè digni elogio in Apocalypsi consignato reperiantur. Verùm si de statu Ecclesiae in terra militantis intelligat, in quo elogium illud justitiæ & veritatis sectatoribus sit impertiendum, tunc admonitio multùm particularis evadet, quippe cùm maxima pars hominum morte prærepta felicitatis tempus in terra & illud elogium non percipere possit. Clarum ergò est, Johannem potius loqui de elogiis Ecclesiae triumphantis in cælo adipiscendis, quibus nemo fidelium defraudabitur, quo loco aut tempore in terra mortem obierit, & proinde stimulum addi ad virtutes excolendas. 20.

Et hæc potiora visa sunt, quæ in contrariam partem afferuntur. Quæ Curcellæus p. 326. cit. lib. de corporali resurrectione Martyrum cum Alstedio & aliis profert, ea refutantur à generatibus effatis Daniel. 12. & Joh. 5. de resurrectione mortuorum demum cum judicio extremo secuturâ. *Animalia iis attribuit corpora, non glorificata, immutanda tamen, non autem per mortem, in extremo die.* Sed quamdiu animalia corpora ponit in terra, tam diu etiam reliqua *παθητικά* non separare potest, & sic statum illum beatam millenarium debilitantia, si non infringentia, introducit. 30.

ducit. Paulus nescit aliud tempus, quàm diem novissimum, quando φθαρτὸν τὸ ἐνδύσηται ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ τὸ θνητὸν τὸ ἐνδύσηται ἀθανάσιον, τότε κηρύσσει ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος. Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νίκην. 1. Cor. 15. 54. Ecquid opus novæ resurrectionis comminisci, quasi eam meriti Martyres fuerint toleratâ cruentâ morte pro Christi nomine? Annon restituetur & retribuetur illis in universali resurrectione sufficientissimè? ita ut ipsi martyres talem accelerationem non exoptent, sed gloriam DEO & agno in throno sedenti exhibeant, qui digni soli sunt, &c.

10. Plura suppeditabunt citati ante Autores, occupati in describendis Regni millenarii conditionibus. Negatâ autem existentia, de qua solliciti sumus, cadunt simul Regni conditiones. Nunc paucis pellustrabimus ea, quæ excipere solent ad nostra argumenta confirmantia orthodoxiam.

Except. ad Joh. 18. 36. Ad Joh. 18. 36. excipit Coccejus, posse tamen Sanctorum regnum tale esse, quæquam non sit de hoc mundo; pro Ecclesia enim militaturam populorum potentiam & armaturam. R. Hoc jam

declinâsse Christum à se in regno suo œconomico in terris, quando inquit: Si regnum meum esset de hoc mundo, servi mei pro me certarent, & 36. Si autem ex mente Coccei procederet, omninò fieret regnum Christi de hoc mundo, quod à veritate Christi est alienum. Nec juvat, quod Labadie, astutior Sophista, voculâ (NUNC) objicere conatur, quasi mens Christi fuerit; tunc quidem regnum meum non est de hoc mundo, sed tunc erit, quando Sanctorum regnum erit in terra. Sed hæc sunt ineptæ argutiæ. Christus bis repetiit verba hæc, omni præcisâ ansâ dubitationis. Et quamdiu Labadie regnum Sanctorum ponit in terra vel in mundo, tamdiu consistit effatum Christi clarissimum. Tunc, si Christus regnum terrenum ædificare & inchoare intendisset, omninò tempus fuisset majestatem terrenam demonstrandi.

Exc. Curcellej ad Matth. 13. Ad loca Matth. 13. de zizaniis non eradicandis, sed asservandis consummationi sæculi. Act. 14. 21. de introitu in regnum cœlorum per multas tribulationes. 2. Tim. 3. 12. de persecutionibus piis perferendis. Rom. 8. 17. de compassione & sequenti glorificatione: excipit Curcellæus; illa spectare Ecclesie præcipuè primitiva tempora,

pora, à Gentilium & Judaeorum persecutionibus refertissima. R. Quamquam primitivam Ecclesiam complectantur, non tamen excludunt posteriores, id quod evincunt particulae universales & infinitae, 2. Tim. 3. Rom. 8. sequeretur alias, omnes pios persecutionibus primitivae Ecclesiae aequalibus cruentis multandos, & quos hujusmodi non tangerent, eos excludi à consortio Jesu Christi, quod absurdum. Includunt *Θλιψις καὶ θύμοι* quascunque miseras, quae orbis & vallis miseriarum propinat. Plenariam quietem, uti aliquoties ingeminatum, Christus, aut talem beatitudinem absolutissimam jam in terris, nulli-^{10.} bi promisit. Confundunt itaque Chiliaestae statum servitutis praesentis cum futura dominatione, faciunt duas Ecclesias triumphantes, unam in terra, alteram in caelo, quod inauditum in Theologia orthodoxa est. Velint nolint Chiliaestae, zizania etiam in status beati somnio non possunt excludere penitus juxta hypotheses, quod adhuc dentur ibi hypocritae.

Ad 2. Thess. 2. vult elabi Curcellæus; *alios adventus Christi*-^{2. Thess. 2.} *sti insinuans.* R. Adventus Christi duo illustres dicuntur in S. li-^{except.} ^{Curcell.} teris, Adventus in carnem, & ad judicium. De priori non potest sermo esse Paulo, quia jam jam praeteriit. E. de posteriori ad^{20.} quem suos per particulam (demum) in fine mundi expectandum exhortatur. Per hunc post: AntiChristus destruetur, non verò per metaphoricum aliquem adventum, qualem Coccejus & Labadie praeter S. literas somniant. Adventus oeconomicae Christi corporalis in exinanitione, & spiritualis per verbum & Sacramenta, qualis Matth. 10. 23. nominatur, nihil promovent regnum millenarium. De *παρρησία* loquitur Paulus *ψ. 8.* de qua etiam *ψ. 1. cap. 2.* illa autem est ultima. E. & hac destructio AntiChristi spiritu oris, jam antè incepta, consummabitur.

Ad 2. Thess. 1. 7. excipit Curcellæus: *Paulum loqui de*^{30.} *communi more, quem DEUS cum beatè mortuis sit retenturus, iisq;* ^{Except. 2.} ^{Thess. 1. 7.} *post consummata secula premia laborum distributurus: De marty-* *ribus rem longè aliter se habere, de quorum prerogativa Paulo nihil innotuisse, quale quid contigerit Johanni.* R. Paulus utique nihil novit de alia retributione justorum, quam quae in die pantocritico futura est, eò se & omnes sequentes per varias tribulationes

spe sua deducit. E. Paulus illud electum organum Jesu Christi, qui merito Martyrum coronam ducere potest, ab eâ hac ratione excludendus, dilatâ ejus cum reliquis communiter demortuis retributione in supremum diem? Illud tempus lubenti animo Paulus præstolatur, sublimiori spiritu in scriptione hujus Epistolæ, quàm Curcellæus in ejusdem depravatione, agitur.

Quæ ad 2. Petr. 3. 8. afferuntur, ea in confirmatione cap. VII. sub titulo de approximatione Judicii supremi declinavimus. Illa appropinquatio ratione nostri attendenda præbetur, **10.** non ratione DEI. Et quia apud DEUM mille anni sunt sicut unus dies hesternum præteritus, eò magis cura adhibenda erit in observatione accelerandi temporis extremi, nec somnianda tot centena regni terreni spatia interjecta.

Exc. 1. Joh.
2, 18.

Ad 1. Joh. 2. 18. nil valet exceptio *de finita dispensatione gratia, Judaica aut alii genti destinata.* R. enim quomodò hoc conciliari poterit cum Chiliastarum opinione de conversione præcedanea Judæorum & Gentium universali? Ea hora ultima intelligitur à Johanne, de qua loquitur ψ . 17. δ κόσμος θ ω ρ χ γ ϵ τ α η ν η δ π ν μ ι α α ν τ ϵ , & ψ . 28. θ τ α ν ϕ α ν ϵ ρ ω θ η δ χ ϵ ι σ δ ϵ ν τ η π α ρ α σ τ ι α α ν τ ϵ , ϵ χ ω μ η π α ρ ρ θ σ ι α ν & c. idè adhortatus est Johannes suos de instanti hora ad præparationem, μ η α ι χ υ ν θ ω μ η α ν τ ϵ . Hæc autem hora est ultimi diei. Infinitam DEI gratiam finitam facit, quæ ex se non talis existit, sed propter obduratam cæcitatem Judæorum. Non Deus deseruit primò Judæos & Gentes sua Gratia, sed hi DEUM, postea secuta pœna Indurationis justissima:

Quæ Rallius cap. 6. p. 28. ad Luc. 17. 18. *de paucitate fidelium profert, conciliaturus ea cum statu millenario*, ea desperatam causam satis produnt. Felicitatem enim adeò pessimo eam fine iri coronatam, docet, ut temporibus Noachi & Lothi non absimilia tempora sint computanda. Initium fervidum, medium tepidum, ultimum frigidum. Quid autem hoc aliud est, quàm ipsum regnum illud beatum mutuis dissidiis destruere? Quò etiam pertinent, quæ de novis bellis & longè atrocioribus, quàm fuerunt priora, sub finem millenarii regni comminiscuntur, ea enim statum illum beatum multò miserabiliorem efficiunt, quàm fuit ante tempus millenarium.

Piscato-

Piscatoris & ejusdem discipuli Alstedii argumenta reliqua, acerrimè pugnancia pro millenario, post extinctum Paparum, ut ille, vel post elapsos aliquot sexaginta annos, ut hic statuit, aut solis martyribus secundùm animam & corpus in cœlis proprio, ut Piscator, aut iisdem in terris expectando, ut Alstedius: videri latiùs possunt in Istius lat. comm. Apocalyp. it. in Apolog. contra Roderum, & Hujus diatribe de mille annis Apocalyp. Illum è nostris B. Affelmannus q. 6. Hept. quæst. illustr. castigavit, hunc autem cum illo unus è religionis sociis Eruditissimus Anglus Johannes Prideaux Lect. XIII. de mille annis Apocalyp. p. 181. ed. op. Tig. 1672. 4. pro merito perstrinxit. Ubi omnium primo loco p. 183. ponit, meras esse cõjecturas, quicquid Adversarii circa Apocalypsin aut alia Script. S. loca meditentur. §. 10. seq. eadem adducit firmandæ genuinæ sententiæ, quæ aliàs ab orthodoxis usurpantur. §. 15. incommoda inde propullulantia è turbato fonte deducit, & tandem resolutione potiorum objectionum Alstedii è Piscatore, vel proprio cerebello desumptarum, concludit. Subsidia Chiliastarum cœtera è libris Apocryphis, utpote *Esdra IV. è Sibyllarum carminibus ad ductum Lactantii l. 7. Instit. cap. 24. è traditionibus Apostolicis, carminibus aliis Poëtarum: Rationibus à Tertull. contra Marc. c. 24. mutuo acceptis; profligavit jam dudù B. Gerhard. noster T. IX. L. Th. de Consummat. sec. p. 488. usq; 491. inclusivè, quæ utpote parvi roboris hîc nolimus repetere. conf. aliàs potest de Sibyllis Er. Schmidius in orat. operi Bibl. N. Test. annexis fol. Norib. Tob. Wagner in diss. de orac. Sibyll. ubi de earum conditione, vera, vel falsa, pluribus licet inquirere.*

Hîc jam placet subjungere considerationem brevem libelli sub tit: Chiliasmus S. Amster. 1660. ed. 12. Autore Warem. Freyburger/ Eliopolitano, ficto: de quo vid. Cap. V. diss. hujus. 30. cuius demum diu quæsitæ copia data fuit. Sermone Germanico autem usus Autor, loquetur nunc Latino, fideliter juxta sententiam expressam reddito, ejusque retentum ordinem in proponendis animi sensis, sequemur. Adeò infensum Religioni Lutheranae, cui tamen addictus statuitur, se sistit, ut propter abusum nonnullorum incommoda deprehensa, toties, quoties excurrendi

occafio fe obtulit, diris modis in eam debacchetur, ficut in Academia- rum Ecclefiarumque Noſtratum exagitatione, quæ ta- men in nonnullorum in iisdem viventium depravationes cadit faltèm, eòdem ingenio apparet, Spiritus Enthufiaſtici ſolitos ſa- piente impulſus. De quibus, ut paſſim in libello occurrunt, prolixè hîc agere, animus non eſt, cùm non tantùm ab aliis circa hanc materiam jamjam præſtitum id ſit, ſed etiam Res ipſa ab aliorum incongruis aſperſionibus purgata, facilè Veritatis pa- trocinium ſibi ipſi poſſit impetrare.

10. Imaginationes Regni novi perfectiſſimi oculorum aciem Autori extendunt, & deſpectu præſentis imperfectionis, non niſi conſummatiffimam perfectionem intendunt, per mille olim annos adhuc in terris uſurpandam, cujus exiſtentiam etiam ma- gis præſenti libello probare annitur, minùs ſollicitus de ejus- dem qualitatibus deſcribendis. Occaſionem ſcripti hujus con- ficiendi *deſiderium nonnullorum inter ſermones mutuos de uberiore Regni millenarii cognitione ſibi manuſcriptum adfert* in præfat. p. 23. ſeq. & tractatum in II. partes diſtinguit, cit. præf. p. 36 *primâ genuinam ſuam ſententiam de mille Annis è ſola S. Scriptura pro-*
 20. *poſiturus & confirmaturus: Alterâ ad objectiones conſuetas maxi-*
mam partem reſponſurus. Ad partem primam primò. Ubi §. 12. p. 53. prolato priùs loco Apocalypſ. cap. 20. v. 1. uſque 11. in gene- re ita concludit: *Mille anni, (de quibus mea mens, ut Autoris eſt,) aut ſunt præteriti, aut præſentes, aut futuri. Priora duo ſalvâ veri-*
tate dici nequeunt. E. ſunt adhuc futuri. Min. probat VII. argu-
mentis, de quibus ſingulis deinde agemus. Jam in genere etiam
R. Autorem ſibi ipſi benè limitâſſe argumentum, ponendo ad
verba: Mille anni: ſcil. de quibus noſtro ſenſu agimus. Sic enim
omninò conceditur; Mille annos ab Autore intentos nondum
 30. *effluxiſſe; negatur autem min. de mille annis ſenſu noſtro indi-*
gitatis, quod è VII. argumentorum probantium in contrarium
examine deinceps ſepties patebit. Diſt. igitur mille anni ſenſu
orthodoxo, & ſenſu heterodoxo accepti.

Probatio I. §. 13. ſeq. p. 54. incipiens ita ſe habet: *Non poſſe*
ea, que cap. 20. Apocalypſ. tractantur, impleri, niſi impletis prius præ-
dictis in cap. 19. cùm res & verba invicem cohereant, præcipuè v. 10.
 cap. 20.

cap. 20. respicere v. 20. cap. 19. Bestiam itaq; & pseudopphetam prius in stagnum ignis mittendos esse, quàm Satanam; hunc enim post mille demum annos secuturum. Et secum convenire illos Interpretes, verba cap. 20 initialia: καὶ εἶδον: non: Et vidi, (juxta communem Nostratum mentem,) reddentes; Sed: Deinde, posthac vidi. Imperium Rom. & Papam, quos per Bestiam & Pseudopphetam intelligit, adhuc dum durare p. 58. seq. 67. seq. E. millenarii Regni initium nondum appropinquasse. &c. Dist. inter ordinem visionum, & ordinem temporum, ratione eventus in visionibus significatorum. Prior datur in capp. Apocal.; Post. nequaquam. 10. Et ita corrumpunt omnia prolixè allata & superstructa huic erroneo fundamento; verba, prout in Apocalypsi sequuntur, simul inferre sequelam temporum. Quàm absurda enim inde orirentur effata, si hoc concederetur. Ut reliqua antecedentia & consequentia cap. Apocalypf. prætereamus, ex ipsis duobus, cap. 19. & 20. ab Autore adductis monstrabimus, non posse ordinem temporum ibi locum habere, nisi quis vellet analogiæ fidei directè contrariari. Certum est cap. 19. extremum judicium universale describi sub idea victoriæ gloriosæ. ψ. 3. ὁ καπνὸς (τῆς πόρνης μεγάλης) ἀβαίνει εἰς τὰς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Non poterit Autor negare, hîc sermonem institui de pœna æterna, in extremo universali judicio infligendâ. Similia habentur cap. 20. ψ. 10. ubi repetuntur verba hæc: εἰς τὰς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Et hæc intelligit Autor de extremo universali judicio. E. & priora. Quomodò autem hæc inter se convenirent, ratione temporis, si ex ordine verborum illud sequeretur? Quomodò ψ. 4. cap. 20. posset dici de iis, qui non assumserunt characterem bestię nec illam adorârunt: cùm cap. 19. ψ. 20. bestia & propheta falsus jam fuerint coniecti in ignis stagnum. conf. Matth. 25. 6. 10. cùm Apoc. cap. 19. 7. 5. 35. p. 87. Quæ è Dan. 2. afferuntur, ad ea superiùs responsum est. Si excellentiam Regni Christi tempore N. Test. hostes ejus nondum satis experti sunt, ex mente Autoris, cui tamen multorum experientia reclamât, fiet id tantò magis, quò propiùs Christus adventu suo glorioso ingreditur. Non sonant verba apud Daniel. in extremo mundi fine: sed in diebus Regum illorum, Deus resuscitabit Regnum novum. Respicitur ad

ad tempora N. T. quibus Reges adhuc superstites sunt, non nisi in æternitatem se transmutatura.

Probatio II. §. 38. p. 91. ita se habet: *Si anni mille Apocal. præterissent, tempus aliquando extitisset in orbe mundano, quo Diabolus ligatus nullam potestatem in gentes, vel universum mundum, obtinisset ad seducendum. Tale autem tempus omnium scriptorum memoriam fugit. E. adhuc futuri mille sunt anni.* & Analogiam fidei jubere nos ligationem Satanæ eo modo interpretari, quem ipsa subministrat. Satanam autem, perpetuum tanquam
 10. acerrimum nostrum hostem, variis locis introducit, ut cap. etiam 12. Apoc. non cessantem ab accusatione hominum coram DEO die ac noctu, conf. 1. Petr. 5. Joh. 8. αἰθρωποκτόν & ἀπ' ἀρχῆς καὶ ἐν ἀληθείᾳ οὐκ ἔσηκεν dicitur: ὅτι οὐκ ἔστιν ἀληθεία ἐν αὐτῷ. Et hæc quasi altera natura Diaboli, non permittit hominibus plenariam in terris quietem sperandam. Dist. igitur inter ligationem omnimodam, tum quoad sanguinolentiam, tum fraudulentiam Diaboli, & ligationem quoad unam harum. Prior nunquam facta est, nec fiet in his terris, uti Christus ipse suis de eâ nihil prædixit aut pollicitus est: Post facta est. Si prius accideret, Christus Joh. 16. de angustiis & tribulationibus Christianorum, ex instinctu hujus nostri communis Adversarii, velut nomen ejus indicat, exortis, non ita universaliter loqui potuisset, & locum tribulationum, nempe mundum hunc, terram visibilem, opponere illi loco, ubi largissimæ sequerentur consolationes & remunerationes, nempe in cælo. Sublatâ enim plenariâ tali ligatione Satanæ nocendi vi, à reliquis nostris hostibus, mundo & carne, non metuendum multum fuisset. Videmus è verbis Auctoris insertis: (*vel universum mundum*: si de gentium cessante seductione, de quâ locutus, fortè non negare posset;) quomodo
 20. Veritas oculos stringat, quanquam propriâ pertinaciâ excæcotos, quibus melius convenit, quàm nostris, quæ producit §. 14. p. 56. ex Esai. 41. 43. 44. 45. cap. Non poterit inficias ire, sub temporibus Constantini M. & reliquis, quousque tempus ligationis à DEO præfixum fuit, Diabolum ligatum fuisse quoad Gentes in excitandis persecutionibus adeò severissimis, continuis, sanguine madentibus, non tantum in Imperio Rom. ut frustra
 30. excipit

excipit p. 112. §. 52. sed in toto mundo, & sic labascunt ea, quæ Autor prob. IV. proluxè narrat §. 112. seq. p. 187. seq. quales priores fuerunt adversus Christianos. De aliis mens nostra non est. Æternæ DEO grates sunt devovendæ pro benignissima concessione summarum Potestatum Christian: de DEO vera luce illuminatarum, quæ initium nactæ sunt cum Constantino M. quicquid etiam alii de Philippo Arabe Imperatore, seculi dimidii propemodùm spatio antecedente Constant. M. referre velint, quod tamen pertinacissimæ subsecutæ persecutiones refellunt, & longè aliud est, naturali dictamine à violentis machinationibus contra Christianos abhorrere, & Christianam Religionem amplexum esse; & si hoc etiam, aliud est tamen in occulto, aliud in manifesto agere.

III. Probatio §. 54. seq. p. 113. seq. ita incipit: *Apoc. c. 20. 4. Videntur throni, & sedentes & collocati in iis. Hos non quoad animam posse accipi, (nam de beatis constantibus Confessoribus convenit) sed quoad corpus quoq.* Idq. verba describentia innuere, sedere enim competere non animæ, sed corpori, sicut edere & bibere non futura æternitati, nec iudicium universale intelligi, sed iudicium in regno millenario obeundum. R. Hæc ratione visionem Apoc. 20. præter morem Propheticum ad eò nudè & crudè vult explicatam, ut accommodet regno suo terreno millenario. Status beatarum Animarum verbis ita figuratis descriptus, sicut etiam in vitæ æternæ consuetū est descriptione, à rebus visibilibus ad invisibilia mentem nostram deducit; aliàs maximè incongrua elicerentur. Et notum est, Luc. 13. 28. 29. Luc. 22. 16. longè alium cibum & potum indigitari, quàm terrenum, quæ aliàs p. 116. seq. §. 56. 57. recensentur. Nec nos de iudicio extremo sermonem ordimur, quod demum in fine cap. delineatur, sed de animarum, sicut expressa verba habent, distinctarum à corporibus enecatis, cum Iudice Christo consortio, ubi vindictam perunt, Apoc. 6. de percussoribus corporum suisque expulsoribus, & ad iudicium à Christo denunciatum, post extremum iudicium in omnem æternitatem consummandum, consensu concinno accedunt: Quo respectu iudicare dicuntur. Nec dictum §. 59. p. 121. Sap. 3. 1. seq. v. 8. probat id, quod intendit Autor. Præterquam n.

M

quod

quod Liber ille sit in censu Apocryphorum, dicimus: Animas Justorum ibi loci non accipi pro integris personis, ut putat Autor. Contextus enim indicat, Animas justorum haberi pro demortuis quidem, sed videri id saltem ita Insipientibus, non quod reverà possint extinguì, aut hâc ratione ab Insipientibus non haberi, ut scribit Autor rei suæ inserviturus, mittimus enim quoad post. eum ad Epicuræos, quibus nil proclivius est, quàm hujusmodi de Anima linguâ mendaci effutire. Nec *Dan. 7. 26. 27. & 66. p. 129.* ad quæ suprâ quædam regressimus, judicium commemoratum de *particulari in regno millenario, vel ante illud exequendo* intelligi potest. Regnum enim succedens judicium illud ex omnibus conditionibus æternum evadit. Quomodò autem tale cum Regno millenario, circumscripto annorum intervallo, conciliabit?

IV. Probatio §. 74 *seq. p. 139. seqq.* novum *εὐγγέλιον* prodit, ad quod coëgit necessitas, regnum fictum millenarium figmentis stabilitura. Ex *ψ. 5. 6. cap. 20. Apoc.* cum alii viventes, & quoad resurrectionem primam beati de prædicantur, reliqui demortui, putat, *duplicem dari resurrectionem corporalem.* & autem è prioribus ad h. l. dictis manifestum est, non de corporali resurrectione, cum præcedat saltèm mentio beatarum Animarum, caractere Pseudoprophetæ non contaminatarum, sicut damnatæ sunt reliquæ maculatæ ibi resurgentes, sed vel de animæ resurrectione aut translatione in statum gloriosum, vel de spiritali loqui Johannem, è morte peccati, quam priores constantissimâ suâ fide & vita in Jesum Christum effugerunt, cæteris dissimilibus relictis. Et quemadmodum animæ viventes cum Christo, in beatitudine cœlesti, post decursum annorum mille gloria sua non sunt privatæ, sed illud spatium millenarium excepit aliud & denique ipsa æternitas, ita animæ morte spiritali sepultæ post hæc ex ea emergere amplius nequiverunt, sed exceptæ sunt à morte æterna. Si duplicem resurrectionem defendere conatur corporalem, duplicem mortem simul defenderet, primam ante millenarium regnum, alteram post illud peractum. Quod absurdum & affectis suis etiam adversum. Quod attinet *1. Cor. 15. 22. seq. §. 82. p. 147. cit.* & Pauli mentem non esse distinctas tres resurrectiones probare corporales, sed hoc tantum, ut *ψ. 22.* docet,

docet, nos sicut, mortuo Adamo primo, omnes mortuos, ita re-
 vivifcente Adamo secundo Christo, omnes resurrecturos esse.
 Deinde consideret Autor *ψ. 23. & 24.* ubi post resurrectio-
 nem Christianorum piorum, (non exclusis impiis, licet non
 recensitis, quia etiam impii pertinent ad Christum, ut verba ha-
 bent, si non respectu donandæ gratiæ, statuendæ tamen Justi-
 tiæ.) statim *ψ. 24.* finis omnium rerum, & ante eum adventus
 Jesu Christi ponitur, qui non alius, quàm ultimus gloriosus,
 nullo alio restante, nec ipsis Adversariis ad suum regnum mille-
 narium Adventum Christi visibilem collocantibus. *conf. p. 148. 10.*
§. 83 ubi hæc de causa ipse Autor verba originalia græca, *ἐν τῇ
 παρρησίᾳ αὐτοῦ* deserit, utpote realem visibilem adventum sugge-
 rentia. Reliqua loca *S. Scriptura § 87. p. 154. Luc. 20. 35. seq.
 Luc. 14. 13. seq. §. 89. p. 157. p. 160. §. 94. Joh. 5. 25. Esai. 26. 19.* ubi
 sermo est de piis resurgentibus, sicut non ita accipienda sunt, quasi
 impii non resurrecturi planè sint, cum resurrectio his locis non
 indicetur, ita ex iis non concludi potest, diversas dari resur-
 rectiones piorum & impiorum. Distinctio enim est inter di-
 versitatem conditionis resurgentium, & diversitatem ipsius
 resurrectionis temporis. Prior datur ad vitam, vel ad mor-
 tem æternam. Post. unum est. Et hic mos obtinet in *S. literis, 20.*
 ut consolationis piorum gratiâ multis suavissimis verbis eorum
 futura felicitas resurgentium exponatur, impiis silentio involu-
 tis, aut unico vel brevibus verbis notatis. *conf. Esa. 65. 13. Tor-
 queat licet Joh. 5. 21. voces: ἡ γὰρ ψῆφος, non tamen extorquebit Ad-
 versarius peculiarem resurrectionem ad millenarium ante uni-
 versalem. Accipiantur enim vel illa verba de piis solùm in uni-
 versali resurrectione resuscitandis, aut de omnibus, simul impiis
 inclusis, quia & hos vult Christus resurgentes nempe ad igno-
 miniam, & ita demonstrat suam omnipotentiam æqualem Pa- 30.
 tris, quam verba præprimis insinuare volunt; nihil tamen con-
 ducent regno millenatio, utpote agunt de resurrectione univer-
 sali ad vitam æternam, sicut expressè asserit *ψ. 24. cit. cap. vel
 ad mortem æternam. Et hæc responsio pertinet quoque ad
 Joh. 5. 25. Quæ Autor è 2. Tim. 2. 17. 18 § 97. p. 166. affert, demon-
 strant, Regnum millenarium defensores, etiamsi hæretici sint,
 expetere, & causam desperatam propalare. Hymenæus & Phi-**

letus cit. loco ex mente Autoris debent sentire de resurrectione sua controversâ particulari, ad regnum millenarium nondum facta, cum & Paulo, & Hymenæo, & Phileto de tali nihil unquam constiterit. Quamcunque foverint opinionem, corrigit tamen eam Paulus, cujus sententia de resurrectione 2. Tim. 4. v. 1. extat.

V. Probatio §. 101. seq. p. 172. seq. p. 172. seq. nobis objicit *difficultatem determinandi certi temporis præteritorum mille annorum, quoniam iis temporibus, quæ nostra sententia assignamus, Diabolus & persecutionibus apertis, & fraudulentis, Christianos perturbârit.* R. repetitâ dist è prior. inter detrimenta Ecclesiæ Christianæ inflicta à persecutionibus apertis, continuis, sanguinolentis Gentilium, & ab hæresibus & bellis inter ipsos Christianos excitatis. Post: non abnuimus de temporibus Constantini M. & sequentibus. Cujus hypotheseos probationem hîc superse-
 10. deo ex iis colligere, quorum industria circa eam orbi erudito nota est. conf. Gerhard. L. Th. de Consum. Affelm. quæst. Hept. Joh. Cluver. diluc. Apocal p. 322. seq. Hoë Comment. in Apocal. ad h. l. Kromaj. in Comment. ad h. l. Posito, non concessio, non pos-
 20. se nos determinare initium & finem quoad omnes circumstantias mille annorum præteritorum, tùm eâ possemus uti excusatione pro nobis militante, quæ legitur in Autore p. 280. DEO soli notum & commendatum esse illud tempus; tùm tale omnibus partibus perfectum & absolutum gloriæ regnum in his terris non dari, nec fuisse, nec esse, nec fore, proindeq; nostram absque Christi promissione non requirere sollicitudinem. Et quæcunque de præsentibus temporibus eorumque perversitate narrantur, illa omnia ambabus largimur manibus, probè consciis, Diabolum Ottomannicâ primò sæviente rabie solutum iterum,
 30. leonis rapacissimi unguis ostendisse in Christiano ovili jam dudum, & innumeris suis copiis, arenam maris ferè exæquantibus, eductis, ex potioribus mundi partibus, in quibus jugum sentitur Ottomannic. non semel illud castrorum circulari metatione solitâ, similiq; pugnandi ratione obsessum terrore Panico concussisse. conf. cap. 20. v. 8. 9. De cætero etiam non requievissè in mancipiis Diabolum suis ab omnibus promptè suppedi-
 tandis,

randis, quibus modò Ecclesiam Christi artibus ac fraudibus infestare posset. Exinde tñ. nondum sequitur, Ecclesiam Christi Sanct. adeò omni consideratione excidisse, ut nec nomine castrorū, nec civitatis dilectæ venire posset. Meminerit n. Autor illorum à se dictorum, sub persecutionibus Ecclesiam Christi crevisse, majori fide & virtutibus auctam, & ut alii addunt, sanguine suo irrigatam, & quò magis hostes lumen Ecclesiæ extinxisse, eò magis splendore promicuisse; atq; non desperet de gratiâ Christi, in suis affeclis his cõclamatissimis temporibus, pariter efficacissimâ. Neq; n. nos pugnamus pro eâ sententiâ, quam nobis Autor §. 45. p. 102. vult attribuere, *ac si 1260. dies cap. 12. Apoc. 10. tempus exilii mulieris ibi denotata, præcedere debeant mille annos cap. 20. prout capita invicem sequuntur*: Verùm arbitramur, si tempus hoc post Constant. M. tempora locum jam habeat, ubi inclinatio doctrinæ aliqua in confesso est, distinguendum tñ. esse inter fugam mulieris, & exilium ejus, cùm non simul & semel, sed successivè dominium Antichristi eminuerit. vid. Matth. Hoffman. Chronotax. Apocal. p. 190. seq.

VI. Probatio hæc habet: p. 210. §. 127. *Si annorum mille A. C. 308. initium, & A. C. 1308. finis constituitur, sequetur, ab An. 1308. usq; in presens A. 1658 tempus,* (circa quod hoc scriptum videtur confecisse Autor,) *καὶ τὸν μίσητον Apoc. 20. 3. intelligendum, quod absurdum; cùm plus, 20. quàm partem tertiam de priori contineat.* R. Eo quis Spiritus Autorem adeò confirmavit, ut verba sua tanqu. oracula nobis obtrudere stude- ret? Ecce *μίσητον καὶ τὸν μίσητον* sequens, mille annos præteritos tantùm respiciat, cur non potiùs insequentem æternitatem, cujus respectu omninò *μίσητον καὶ τὸν μίσητον* est & manet? cur tertiam modò complectatur partem, resp. millenarii præcisè? Pro nobis stat ipse Spiritus S. per Johannem vaticinans, qui conjungit ψ. 7. 8. 9. 10. & simul breve tempus solutionis Satanæ cum futura æterna damnatione. conf. Apoc. 12. 12.

VII. Probatio dicit §. 141. seq. p. 230. seq. *Vaticinia Prophetica even- tum suum hætenus nondum in terra sortita esse, quem promittant, nunquã 30. n. in mundo eam meliorem faciem se ostendisse, quam Propheta ostendant.* Citantur *Esa. 2. 4. Mich 4. 3. Zephan. 3. 19.* R. Cùm omnes cogitationes Autoris tendant in regnum hujusmodi omnib. adversis vacuum, quod tñ. est Chimæricum, taq; vaticinia Prophetarum nondum penitùs impleta autumat tempore N. T. Regnum Christi per verbū & Sacramenta adhuc affeclas quærit in mundo, & aliquos interdum resp. multorum apostatarum & negligentium, numero fidelium additos.



ostendit, in quibus optatum finem à Prophetis videre licet, etiam si sit centesima pars ratione millesimæ a veris, conversa ad ingenium caritatis à Prophetis significatum. Quæ de conversione Judæorum subjunguntur, illa in tantum impleta, ut ex Actis Apost. patet, & hodie adhuc implenda, in quantum aliquorum resipiscentia singulis annis innotescit, dicimus. De omnibus autem & singulis Judæis tam falsum est & manet, quàm falsum constat de omnibus & singulis Gentibus.

In II. Parte ad aliquas sibi objectiones respondet, ut p. 281. §. 177. ad I hanc: *Errorem de mille annorum regno in terris veterum hæreticorum esse, Cerinthi & aliorum voluptates sectantium & imaginantium hominum, dicendo: Scripta Cerinthi non esse amplius ad manus, ex quibus mens illucescat: Et posito, cum errasse cogitationibus carnal. additis, hoc tamen nihil præjudicare rei ipsius veritati: Et quod primum notetur, esse Johannem ipsum primum potius regni millenarii Autorem, qui Apoc. 20. mille annos sæpius repetierit. & à nudè factâ mentione mille annorum in Apocalypsi Johanni ad ejusm. somnia de regno inde extruendo millenario, nulla valet consequentia, summâque injuria ab Autore Johannes afficitur, quali fortè nemo nostrum Cerinthum gravat, nominando juxta Patrum communem recensionem eum erroris hujus Autorem. Quamvis utiq; articulis fidei nostris nihil auctoritatis decedat pigmentis & figmentis assutis hæreticorum, cum veritatem jam, ut dicunt, professam habeant, longa tamen alia ratio est cum regno millenario, ubi hæc vox adhuc ingeminanda: Probetur.*

Ad II. Object. è Joh. 18. it. c. 6 §. 182 p. 287. dicit: *Optimè posse conciliari illa cum regno millenario terreno. Non n. negasse iis verbis Christum, tum temporis Regnum suum in mundo esse, cum non sit de mundo. Pari modo Regnum millenar posse esse in mundo, quamvis non de mundo sit. & Christus quidem regnum suum de mundo statim non voluit sublatum temporis eò modò, quo ceptum, cum reclamarent promissiones factæ usque in æternam alteram vitam, hoc tn. certò simul voluit inferre verbis his: Regnum meum non est de hoc mundo: Regnum aliud post hoc, quod esset sine Rege, vel Principe aut Magistratu humano, se non exorsurum in hoc mundo amplius, quale Judæi sibi de Christo promittebant. Christus hic intelligit & regnum gratiæ, & regnum gloriæ. Hæc invicem immediatè sequuntur. E. Medium regnum millenarium non datur.*

Ad III. Obj. dicit §. 194. seq. p. 301. seq. *suam opinionem non contrariari*

trariari Scriptura S. Christi & Apostolor. pradictionibus de Mundi calamitatibus &c. duos n. dies dari extremos, unum in fine hujus mundi, & initio mundi millenarii; alterum in fine millenarii & initio aternitatis, post interitum mundi. R. Ex uno absurdo plura sequi. & ex hoc Autore manifestum est. Duas n. statuens in prioribus resurrectiones, non potuit non duorum dierum extremorum comminisci. Quantâ detorsione a. verborum in dictis script. S. Matth. 24. 14. Joh. 6. 36. 1. Thess. 4. 16. & in iis, quotiescunq; dies Domini memoratur, illud faciat, ex inspectione locor. cit. inclarescit. Illa omnia, cum non de alio adventu, nec de alio extremo die, nec de alio fine hujus seculi loquantur, quam postremissimo, interitum cœli & terræ visibilis involvente, de quo solo in S. lit. notitia extat, itaque permanemus in explica- 10
tione usitata cōmuniter Interpretum. Ejusdem infirmæ consequentiæ illud est de mundo præsentis & futuro, Eph. 1. Matth. 2. Luc. 18. &c. de terra nova & cœlo novo. Ex contextu uberius innotescit siquidem, qualis mundus & qualis terra & cœlum quale intelligatur, ubi regnum millenarium minimè locum habere potest.

Ad IV. Object. p. 316 seq. §. 207. seq. hâc ratione securos reddi homines de extremo judicio mille annor. spatio remoto, dicit: *Illum fictum alterum diem extremum propè instare; & accommodat omnia ea, quæ aliàs de genuino die pantocritico in S. Lit. consignata sunt.* R. Securos omninò reddi hoc fictionum circulo, quo planè carere possumus, & homines admonere potius è dictis cit. de vero extremo die universalis judicii, quem propriè insinuant. Patrum V. T. de mundi interitu 20
universali cohortationes vim veritatis continent, quam de die extremo uno in regnum millenarium terminando non datur conspiciari.

Ad V. Object. p. 332, §. 215. seq. non promissam esse fidelibus in his terris quietem & felicitatem, recompensationem; dicit: *Non excludit tamen aliquam recreationem.* Matth. 5. v. 5. Psal. 37. R. Sit ita; Concedimus aliquam recreationem in his terris fidelibus. Sed anne talem, quali contentus esset Autor in regno millenario? Non credimus. Quæ igitur DEUS suis servis hic decurrat, ibi æternum recompensabit, quò loca quoque respiciunt.

Ad VI. Obj. §. 223. p. 334. seq. quam sibi ipse fugit: Mille annos unico in loco reperiri in S. literis. itaque aureos tantos montes non de eis esse delineandos: 30
dicit: *Modò unico in loco extent, benè tamen se rem habere,* R. Utiq; si saltem unico in loco Autor verè posset vestigia regni millenarii ficti demonstrare, tunc haberet, quod sibi gratularetur? Sed nullibi, nec in Apocalypsi tale occurrit.

Ad VII. Object. §. 230. p. 342. mille annos regni beatarum in cœlo Animarum Apoc. 20. definere in æternitatem: dicit; *à mille annis solutiones Satana sequentibus concludendum esse ad hos. Sic non in cœlo, sed in terra, non in æternum, sed ad mille annorum tempus astrui.* R. ex ipsis verbis Autoris §. 232. p. 344. Qualis æternitas hæc foret in cœlo, cui finis proximus esset. Status igitur beatarum Animarum in cœlo, quod analogia fidei suadet, non aliter permittit, quam statuere regnum cum Christo per mille annos, sed non illis circumscriptum, verum absolutis 40
his in omnem æternitatem deductum.

Ad VIII. Object. §. 236. p. 349. imbecillis aliquot homines ingenii tantum existere bastatores regni millenarii: affert; *Patres Eccles. & nonnullos Fanaticos.* R. Quid de Patribus habendum, cap. III. superius constat. Cerrum est, in hoc capite cœcutisse, longè magis autem modernos, qui se jactitant Illuminatos,

Ad

Ad IX. Object. §. 244. p. 360. non revelasse Christum hæc de millenario regno suis sectatoribus, cur soli notitiam possideant Chiliastræ? dicit: *Culpam residere in Auditoribus indignis.* R. hic Autor se separat ab omnibus, qui non somniant peculiare inspirationes, se & similes tantum unice præferendo. E. ne Christus hoc mysterium immediatè inspirare debuit novis Prophetis? non autem micam vel vestigium relinquere in S. literis, ubi mentio planè nulla fit? De immediatis illuminationibus nihil hodiè cognoscit Ecclesia, & multam probationem, in fine tamen deficientem, illæ exoptulant. Si illuminatio oritur ex oratione & meditatione, privilegium peculiare exhibeant hi novæ Prophetæ, quod solis concessum, 10. & non potius pluribus aliis pientissimis Viris, qui vel in Academiis, vel in celebratissimis & sanctissimè constitutis ministeriis, unice eò allaborant & incumbunt, ut orationibus & meditationibus ad ἀκμὴν studiorum pertingant.

Ad Object. X. de *obscuritate & difficultate Apocalyps. Daniel. & Esdr. IV. libri* §. 387. §. 262. seq. R. Obscuritate & difficultate illa Daniel. & Apocalyps. in nonnullis propter eventum apparente non abutendum esse, prout faciunt Autor & Socii, magis intricantes. Et quæ concernunt lib. IV. Esdr. refellere possunt B. Gerhardi I. T. de S. Scriptur. & Exeg. de h. l. scripta, quæ brevitatis causa hic nolumus repetere.

Ad XI. Object. §. 283. p. 406. seq. de *homogenea sentent Chiliastr. cum tumultuantibus Anabaptistis Monaster. & aliis,* R. ad excusationem institutam, eam non penitus purgare & liberare à crimine, quod sibi inusserunt novi Prophetæ. Altâ repositâ mente manere verba illorum consueta de IV. Monarchia ejusque interitu præmaturo.

Ad XII. Object. §. 298. p. 424. seq. de *dissidiis inter Chiliastrarum opiniones regevit de nostris quoq; dissensionibus.* R. in profligando hoc fictitio Chiliastræ satis consentiunt Orthodoxi omnes: In aliis rebus si quæ sunt dissensiones, quanquam eas deploremus, huc non pertinent. Si verò in hoc negotio ostenderit se aliqua opinionum diversitas, ad modum ea spectat potius, quàm ad rem ipsam. Quapropter è dissensionibus Chiliastrarum unitariorum, de unitatis, concordia, felicitatis 30. omnigenæ refertissimo regno infelix præsagium captare licet.

Præstolentur itaque Chiliastræ, quamdiu placuerit, & ad omnes mundi angulos se convertant excitati; ut *Rothius* Propheta novellus novi regni, *sono tuba in somno, vel vento boreali flante*, ut *Labadie*, recensente *Hulsio* cit. lib. p. 341. Nostriūm quisque Pauli verba 2. Tim. 1. ψ. 12. sua facit: Ὅϊδα, ὡ πεπίστευκα, καὶ πεπισμαι, ὅτι δυνατός ἐστι πλὴν ὧν ἀδύνατον με φυλάξαι εἰς ἐκείνην πλὴν ἡμέραν, illam, quam 2. Tim. 4. 8. repetit, quâ ὁ δίκαιος κριτῆς, σέφανον δικαιοσύνης ἀποδώσει ὁ Κύριος (Παύλω) non ab initio regni millenarii, non solis Martyribus, sed πᾶσι τοῖς ἡγαπηκόσι πλὴν ἐπιφάνειαν αὐτῆς, non ad millenarium, sed æternum regnum, non ad particulare judicium, sed universale. ψ. 18. εἴσεται με ὁ Κύριος ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ, (fortè translatione prius in regnum terren. millenar.?) nequaquam, sed immediatè copulantur: Καὶ σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτῆς τὴν ἐπεργάσιον, ἣ ἡ δόξα εἰς τὰς αἰῶνας τῶν αἰῶνων, Ἀμήν.

F I N I S.





AB: 153791

ULB Halle 3
002 727 544




86

24-0







IV. 124. *

2

O. T. O. M.
 ADJUVANTE.
 HISTORICO. THEOLOGICA.
 AUGURALIS.
 DE.

LIASMO.
 ERUM. ET.
 ENTIORUM.
 TEM. CONCEDENTE.
 MME. VENERANDA.
 TE. THEOLOGICA.
 IN. INCLUTA.
 ESSENA. UNIVERSITATE.
 B. PRÆSIDIO.
 I. AMPLISSIMI. EXCELLENTISSIMI. DOMINI.
NI. RUDRAUFFII.
 ET. PROFESSORIS. ORDIN.
 OGIARCHÆ. GRAVISSIMI. MERITISSIMI.
 I. AC. PROMOTORIS. SUI. SUMMI.
 VANTIÆ. DEBITO. ÆTATEM. CULTU.
 DEVENERANDI.
LICENTIA.
 NORES. SUPREMOS. CONSEQUENDI.
 BR. A. C. c15 Ibc LXXVIII. H. L. Q. C.
 LENNI. EXCELL. DN. PROFESSORUM.
 EXAMINI. SVBMISSA.
 A.
 AURENTIO. MEELFUHRERO.
 NOLDINO. FRANCO.

 S S Æ. HASSORUM.
 RDI. PETRI. ET, CHRISTIANI. LIEBENSTEINI.